



**Alphabetum theologicum, siue, Tropi, Veteris perindeq[ue]  
Noui Testamenti : e? Dionysio Areopagita, Gregorio Magno,  
alijsq[ue] probatissimis ueterum summa fide collecti.**

<https://hdl.handle.net/1874/431195>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


**Rariora**

**F. qu.  
103**













Kam Cur

Titel DeVolis  
hortonade Lucae Cranaach

N. 14. B.

# ALPHABETVM

THEOLOGICVM SIVE TROPI,

Veteris perindeq; Noui Testamenti, è Dionysio

Arcopagita, Gregorio Magno, alijsq;

probatissimis ueterum summa

fide collecti.

AD LECTOREM.

**S**icuti quæ de se phas Lector uera fateri  
Et tua cum propria commoda laude sequi  
Inter mille pijs præclara uolumina chartas  
Nostra fides scripto certat ubiq; pari.  
Mystica sacrarum sequimur simulachra notarum  
Heu male diffisi qualia nosse patres  
Soluere diuina iocus est nunc seria lingue  
Et neq; muta omni pagina sacra loco est  
Non te simplicitas breuibus facunda figuris  
Longius à uero tramite casta feret.  
Argenti sed enim fontes mirere loquentis.  
I procul à tantis turba prophana bonis.

IN EST opusculo PRÆFATIO commoda, & Poëma  
tion Heroicum, quod author GENETHLIA=  
CON MVNDI inscripsit.



Ex Donatione Hib. à Büncher.

EPIGRAMMA DE

fructu huius Operis.

**A**RDVA linguarum cuiquam si gloria cordi est  
Et magne clarum laudis inheret opus.  
Confer diuina non uana insignia uocis  
Actutum rebus per sua signa nouis  
Quoq; magis tantis dubites insistere coeptis  
Testamenta duo prodita cerne Deo  
Hinc noua per priscas uoluuntur singula sortes  
Interpresq; Deum mystica lingua fluit.  
His iam plura queat simili de prompta moneta  
Addere Lectoris prouida cura boni.

Habes etiam in Proemio Caput ad Rom. ii. et ad Corinth. 14. primum explanata. Ad hæc caput libri Genesis primum.

# A V T H O R

P I O L E C T O R I

Salutem.



ET V S T A E V E R A E Q V E  
Theologiae post pias aliorum ope-  
ras haec ueluti reliquias ac rudi-  
menta damus. Nam cum uniuersa  
ipsa sacra positio (sacrosanctâ  
Euangelii prædicationem exci-  
pio) nonnisi sub signis T R O-  
P I S Q V E sit elata, haecenus eti-  
am cõstare poterat, quatenus pa-  
rabolarum, figurarumq; abiecta  
uanitate, res ipsa quæ in solidum

monstrabatur, subsisteret. At huius cognitionis duplex ad sum-  
mam erat, eaq; minime confusanca uestigatio, equidem quæ  
literæ, & quæ moralitati debita, altera iam olim Cabalistarum,  
altera Talmudistarum apud fideles Israelitas inquisitio. Quarû  
litera historiam subiectam habet, & mystico creationis sex die-  
rum siue hebdomadam noscendo mysterio ad Anagogen inse-  
ruit. Talmudica quippe formandis ad legis dumtaxat ceremo-  
nias ritusq; mysticos mentibus accõmodantur. Anagoge ta-  
men breuitate ac simplicitate intelligendi Moralitatem hoc su-  
pergreditur, quod post iterati statim ingressum V E R B I prio-  
ris nõ nisi uirtute ac uocabulo Testamenti totam illam rei prius  
gestæ seriem tam obuia similitudine, quam uestigabili ratione  
exquirat. Et quãdoquidem cum seculo ac ignorantia mihi rem  
surgere uideo, ipse inquam in Euangelio Dominus, & Prophe-  
tarum ore loqui noscitur, & apud crassas etiamnum discipulo-  
rum aures Ecclesiæ, neq; Synagogæ prophetasse conuincitur.  
Quando nimirum Euangelio inter Gentes primitus, reluctan-  
te licet seculo, & antequam reliqua uaticinii eueniant prædicã-  
do, foelices Ecclesiæ successus ac florentissimam rem nostram,

P R A E F A T I O

ad instar Iſraheliticæ constitutionem regni ( quod factum utiqꝫ  
 nõ negamus ) cõmonſtrare adnexus nouæ cuiusdam legis men  
 tionem ac officium infert. Poſteaꝫ occaſum noſtrum captiui /  
 tates ac diſperſionem præſcribere uolens, mirifica ratione uni  
 uerſa prophetiæ ſecula, hoc eſt, aduerſiſſimos ſucceſſus in nos de  
 uoluit, quam ipſam temporum ac momentorum rationem po  
 ſteritati haud dubie ſeruans, nequaquã ad auditores tum quo  
 rum auribus incognita recenſebat pertinere uoluit. Quin filio  
 etiam ipſi quod in filio ac per filium noua creatura inſtabat, in  
 cognita eſſe dicit, non quia ad præſcientiam hoc pertinere poſ  
 ſit filii, ſed quod nondum experiens illud, in opus deduceretur  
 Verbum, cum nubibus aduenturo cõmuni alioqui filio patriqꝫ  
 Verbo, communiter etiam cooperante ſpiritu. Itaqꝫ cuius  
 Apoſtoli adhuc rudes eſſent ac incapaces, Eccleſiæ erat reuelan  
 dum. Sic ſciẽtiã ſanctorum tempore creuiſſe, decentiſſime &  
**GRE G O R I O** eſt proditum. Atqꝫ utinam aliqua tandem  
 ex parte adueniẽtibus ( ut eſt apud Marcũ ) parabolis iſſemus ob  
 uiam. Quid hoc uerbi amice qui ais: Lex & Prophetæ uſqꝫ ad Io  
 hannem? Nempe aliud nihil, niſi quod exponimus Domino  
 poſteritatem noſtram ſedulo admonẽte, ne in illum diem quo  
 nimirum parabola ueteres ſe eſſent exprompturæ mentes no  
 ſtræ ( quod Eheu factum uidimus ) crapula atqꝫ ebrietate præ  
 grauentur, effluxa nobis denuo uniuerſa legis et prophetiæ ue  
 tere parabola. Neqꝫ enim certe exiſtimandum Dominũ Chri  
 ſtum, qui ex præſcripto inter poſtrema prophetiæ, et illas ipſas  
 nobiliſſimas Danielis effluxas hebdomadas apparuit, Templo  
 potius quam eccleſiæ, eo quod Templum prius deſtruendũ di  
 ceret prophetãſſe. Qui a capite ipſo exorſus nõ apice uno priſcæ  
 legis ſimilitudines prætermiſſas iri ait, ſed omnia ſuperioris te  
 ſtata Verbi uirtute refundi oportere docet. Hæc illa iam erant  
 quæ apud Matth. xxiiii, Apud Marcum xiii, Apud Lucam xxi,  
 cap. per elenchum ueluti nobis potius, quã Apoſtolis diſſeruit.  
 Etenim Iohannes in hoc ipſum ſilet tempus, dum illi dicitur,

P R A E F A T I O

Ecce uenio. Iam & illud accipis, quare lex & prophetae, id est, tota templi *πνευμα* usq; ad Iohannē, qui quod Christum nimirum testificetur, alterius etiam post Christum testamēti ingressum perstrinxisse noscitur. Sublato in hūc usum confestim templo, ac desinētibus umbris, Israelitico duntaxat nomine Tribubus altera populi ex Aegypto eductiōe, alteraq; regni Dei in gentibus cōstitutione perennante in nobis, id quod Paulus ad Hebraeos scribens, partim translationem sacerdotii, partim plenitudinem temporis appellat, & in se finem seculorum (equidē prioris calcem Testamenti) deuenisse palam clamat. Tollenda est enim quae in multorum animis haeret opinio ante uisibilibus huius perpetuae Machinae conflagrationem ac *ἐκπεσόντων* finem mundo deesse existimantiū. Nos scripturam magistrā sequimur, & ducem intelligibilibus mysteriis claudentem omnia. Sed et ad Ephesios scribens Apostolus transpositionē Verbi aeterni sedulo adducit, proposuisse equidem Deum patrē post expletū non nisi superioris, quodq; a patre primitus emanasset Verbi negocium, instaurare omnia post Christum. Hic etenim erat diuinus ille filius haud alia meliori ratiōe humano captui apprehensibilis, hae illa inaccessae Trinitatis simplicissima expositio. Operante inquam in filio, ac per filium patre, ac bonitatem suam, magnitudinemq; atq; etiam aeternitatem creaturae (quod insensato hominum generi, solaq; Verbi auditione diuinitatis capaci) participante cooperante indubitata iā fide utriq; operi diuino illo effectuore, & impulsore spiritu. Hae nequaquam extra propositae rei terminos adducta sacrae usum allegoriae, cuius tam stabilis est, quam necessaria cognitio, duplici ad summam ratione ad duplicem illum ancipitemq; & penetrabilem (non nisi hac ipsa ratione) diuini oris gladium, moralitati atq; historiae substerni non ambigitur. Videant proinde quam improvide Allegoriam respuunt, ac reformidant hodie, qui citra hanc interpretandi rationem, quae omnia omnium praeccepta supergreditur soli scripturas sibi uendicant. Quamuis & hanc



## P R A E F A T I O

sacræ cognitionis partem summa cū diuinitatis iniuria, ac hu-  
 mani generis detrimento inæstimabili incertam nobis, uel se-  
 colorum culpa uel hominum pie nonnunquam delirantium  
**Zelus** infecerit ac contaminauerit. De quo non nisi patres iam  
 erunt interrogandi uelutiq; placandi, irati ob hoc merito filiis  
 tam cæcis quā desidibus & ingratis. Atq; hæc illa sunt quæ ma-  
 lim seculo, uel inutilibus multorū studiis succedere, uel sepositis  
 paulum Lutheri, ac opinantiū aliorū contentionibus curare.  
 Quoniam autem in huius etiam rei mentionē uenimus, pauca  
 adiungam. Non oppugno synceram Euangelii cautamq; præ-  
 dicationem, solus est salutaris Christi sermo, sola scripturarum  
 eloquia quibus iustos, mansuetos, temperātes, fortes, longa-  
 nimos, seu tolerantes, Sanctos deniq; nos effici certum est, si  
 ecclesiæ sua esset facies. Sed defuisse sibi ad eum fructū aliquid  
 fateantur necesse est, Quocunq; tandem interueniente obsta-  
 culo condiri, neq; etiam corrumpi oportuit escam alioqui opta-  
 bilem, mollire fortasse negocium conueniebat apud incapacis  
 & auersantis aures, quod neq; dissimulandum alias, neq; ab-  
 negandum esset Christiano pectori, quisquis impellente spiritu  
 ineluctabile charitatis officium concepisset. Nam inter ambi-  
 gua scripturarū defendere quædam, alia quia ignores reiicere  
 ac interim sua tueri uelle omnia, quis satis caute ac efficaci-  
 ter actum existimet? Jam utcūq; altercando uerū ipsum amit-  
 ti, omnemq; rei quamuis bona sui parte notissima usum ac fru-  
 ctum pessundari, indubitatum est. Sicut hi contra potestatem  
 (quam abnegare illis non licet) in potentiam uertentes, rectis  
 rationibus, qua parte causa patet, nusquam acquiescunt, quasi  
 munda post talia & explicata habeant omnia, præscripto abu-  
 si, arcent Prophetiam, intercedunt quos Paulus uocat seden-  
 tibus. Hæc modo suis rationibus nasti præsidia. Porro hoc  
 quam indecens obediri sibi propter Deum exigentium, qui  
 ipsi palam Deo inobedientes, ne dicam rebelles, esse con-  
 uincuntur. Hinc iam melancholica edicta primum, deinde  
tueri

P R A E F A T I O

tueri recte factum, quo non nisi mendacem libet constituere Deum, Gersonem ac Clemangim appello, nisi Apostolica assumenda uitae tumultuosa haec erat Lutheri praedicationis, ut patrum scilicet piissimorum decretis sine pudore praesse tandem possimus. Viuit enim nobis, uel ex Christi copromisso, uiuit Apostoli, quibus sua hodieque uocatio, nihil periculi de reliquo recte decerni posse. Iam ex constituto Synodus de Synodo arbitrat ac iudicat, minimi, nisi fallor, temporis dilatione, dum causa mur, quaerimus, causa interim ubique oppugnabili. Ad hanc conciliandam Ecclesiae pacem, si immedicabili alias & in peius semper prolabenti malo, rectis rationibus obuiare uolumus, haec ipsa sanctorum allegoriarum scripturae indago, non solum plurimum profecerit, sed negocium uniuersum suauiter conficere atque absolvere potest, sicque omnis demum impietas os suum opilet. Qua nobis proposita utilitate quantam nobis maximam, optima illa & prodiga sui indulget diuinitas, tandem linguis insistere nos decet. Neque enim alteri profecto quam Christianorum generi iudicia atque arbitria sua coelestis manifestauit pater, quod utique uerum esse oportuit, post effluxa denuo atque decursa saltem prophetarum & legis oracula. Ne quis forte indoctus calumniator ad futurarum duntaxat rerum indaginem (quae indidem tamen constare poterant) curiosius omnia a me duci putet, ipso in Euangelio palam prodente Domino, credentes in se futura, ac euentura annuntiaturus, sed non ad aliud puto quam ad hanc sacrae allegoriae modulum minime imposturam nobis hac parte faciente scriptura. Qua de re exactius cum loquendum esse uideam, satis me interim Prophetarum loqui, ac huius sacrosanctae praedicationis (non enim uulgi hoc opus) auditoribus. Scio tamen ubi exstant, huius studii observationes quamplurimae, ipsaque tota Veteris instrumenti scena, Ecclesiae ad Anagogen reddita utcumque. Et haec nunc illa erat Iohannis Apocalypsis legem nobis & prophetas, non quod ad moralitatem, sed ut res ipsa habet (& intactum omnes ad hunc diem relinquere) historica ipsam anagogen referens.

## P R A E F A T I O

Mentior nisi priscum Synagogæ fatum, ad ipsam hebdomadis ac octadis magnæ rationem, mirifica sacræ linguæ uersione in ecclesiam omne recidit. Paces, bella, prosperitates, oppressiões, Regnorum constitutiones, captiuitas, liberatio, Regnorum iterum quæ in gentibus potentissima uidimus exortus, occasusq; ac meta, perceptibili ratione incurrunt. Equidem non nisi ad primam illâ rerum similitudinē (conuenit autē in minoribus maiora agnoscere) disponebantur omnia. Sed & quanto ecclesia synagoga & tēplo amplior, tanto certe extant quæcunq; apud nos Regna iterato ac seriatim sibi succedere. Sic enim calcari oportuit ecclesiam, id est, Hierosolymā, usq; dum implerentur tempora nationum, id est, rursus in unum ouile congregarētur (quod ex fide credimus) omnes gentes. Atq; ea inquisitio ex ueteribus cultores non paucos inuenit. Equidem, Philonem, Hierotheum, Ireneum, Iustinum martyré, Melitonem, & quos Hieronymus nominat, Epiphanium, Diodorum, Achatium, Theodorum, Apollinarem, Theophilum. Quos tamen omnes in hoc genere, uel æquat, uel exprimit Romanus ille Gregorius diuinis suis ac incomparabilibus in lib. Iob Commentariis, alius ut ego existimo Helias, diuinæ certe linguæ pernoscendæ, nō alia quam hæc una ratio, eiusq; sapientiæ, quæ ex ore inquam altissimi prodita, initia pariter & finem causarum & creationis ordine amplecteretur. Eademq; coëua patri & artificio concreata Verbo, ad omnia pertingens, omniaq; mature disponēs, Propter cuius etiam doctrinæ adscitam possessionem, Salomon ille sapientiæ nomine clarus (siue id de seculo potius dictum uelis) a Cedro usq; qui in Libani sublimitate, ad Hysopi, qui ad parietem crescit humilitatem, symbolica non nisi cognitione dicitur per tigrisse. Has iam Paulus apud Corinthios, linguas (quod nimio tum essent in usu interpretandæ scripturæ præcepta, nec tamē eo quod oportebat adhiberentur) sic laudat, ut magis interpretationem scripturæ per linguam exposcat, ubi signa ipsa seu symbola ad indubitatam scripturarum fidem uicissim accōmo-

danda

## P R A E F A T I O

danda erant. Id quod non solum credentibus salutare, sed incredulis etiam mire cōmodum esse dicit, qui mox procidētes adorerent Deū, qui increduli semper erant futuri. Hac ratione nobis opprobriare solitus Iulianus ille Cæsar, hoc est, inquiens, uestrū docere o Christiani, credite credite. In hunc iam usum Paulus linguas quod allegoriarum præcepta hæc, signis inueniendis, quibus fulciant ac erudiatur increduli uult subseruire. Neq; audiēdi nobis, qui quoquo modo ab hac inquisitione dehortatur quo dumtaxat Prophetica atq; Euangelica uoce inuitamur. Et absurda sit ubiq; nisi ei linguam adhibeas ueteris præsertim Instrumenti positio. Puto autem hæc nostra soliditate præstare quæ huius doctrinæ cōciliandæ studio nuper ædita Tropi utriusq; testamenti & Bibliorū phrasim inscripta. Nam Lutherum, Oecolampadium, Lusciniū, aliosq; etiā optarim suis per omnia hanc normam adhibuisse. Equidem Lydium (quod aiunt) lapidem Clitoueus quod ad hoc genus attinet egregia mysticorum numerorum obseruatione symbolicæ cognitioni non nihil contulit. At in uniuersum ad Patres appello, quorum isthæc est traditio per manus uelut accepta. Futurū enim sic demum puto, ut quod principi prophetarū mundoq; etiam, nō nisi officii ac prædicationis similitudine aliquando restituendo adscribitur. Istac ratione patres filiis reconcilemur. Quando uel indocta, uel superba hæc posteritas tam agnoscat patres, quam ab his agnoscat, & sibi aliquando sapere desinet. Nam spes mihi est fore, ut iustum iisdem de rebus uolumen eruditi alicuius & pii opera propediem habeamus. Ipse herbam, siquidem do, maio re adfectu q̄ fortasse cōmodo, pauca hæc alienæ operæ & laudis proferens. Neq; autē desunt quos in hoc genere tuto sequamur, Ysichius, Philippus, Eucherus, Angelomus. Omnes hi quidē diuino non nisi beneficio nuperrime in lucem æditi. Ac plus fere fidei cæteris ob hoc nacti, quod unam hanc interpretationis normam ubiq; sequuti, comprobentur. Miraq; concordia sibi concinunt, ac mutuū ueluti præbent testimonium, a Patri-

## PRAEFATIO

bus haud dubia fide accepta adferentes, quæ nostris usibus exquisitus aliquanto subseruiant. Die quandoquidē diei erustante diuinam Verbi operationem, & nocte nocti hanc indicante scientiam. Quicumq; tamen arcanam illam Dei legem, & minime dissimulanda diuinitatis testimonia (quod apud Plaltera ex Ecclesiæ aut animæ persona subinde iactatur) ardentius meditando scrutarentur. Ad extremū nihil hic incertum, aut inexplatum relinqui, uel indocta persuasio, uel impia incredulitas putet. Et huius quidem agricolationis fructum alias daturi geminum hoc linguarū discrimen expromimus, quæ si interpretandæ scripturæ decenter accōmodamus, non ingrata uindemiæ dulcissimū simus hausturi mustū, nihil in omni uita gratius didicisse rati. Dominus Ihesus det pacē Ecclesiæ suæ, cui soli honor, gloriatio, potestas, ac miserationis & liberationis arbitrium. Amen.

### QVAE DIXI, AVT DICTVRVS,

in quinque uerba confero.

I Primitiuam illam Coeli ac mundanae huius machinae constitutionem, ceu linguam diuino instanti operi, per dierū sex seu hebdomadis magnæ ac Millenariorū rationē datam, idq; duplici mysticæ legis deuolutione, geminatoq; unius ac eiusdē Verbi officio. Sic Iohannes Euangeliū suū ab huius Verbi sublimitate exorsus, Dei nobis bonitatē, magnitudinē, uirtutē, potestatemq; ac sapientiam insolidum expromit,

II Quod sic accipe, ubi Deus creauit Mundi machinam, confestim Solem in Christi symbolum, lunā ecclesiæ, stellas doctorum seu prædicantiū, Deum, diuinæ angelicæq; linguæ nomenclatura abiisse. Sicut (ut à principio tibi ordiar) inane in Gentes, tenebras in seculū: Mane in tempus prosperitatis ecclesiæ, noctē in aduersa ecclesiæ, diem in hebdomadā seu milleritū mysticū, uolucres, pisces, bestias in Gentium scditatē, quæ quod hominē subiiciendæ Verbo duntaxat Dei in humanam effigiem & credentium formam ad recolendum atq; amandum Deum

P R A E F A T I O.

Deum, concreari oportuit, contraria hæc eadem habent sym-  
bola gratiæ, apud credentes sicut hæc maledicti. Quod Tropi  
nostri non obtinent, iam elementa ipsa ministerio diuina lin-  
guæ duplici itidem contrariarq; ratione ac usu adsumpta, ut ec-  
ce ignis legis experientia, nonnunquam instans iugiter eccle-  
siæ probatio, præfabor & illud. Non me duo principia cū Ma-  
nichei perfidia ponere, solius siquidem erat creatoris creatio, ac  
uniuersi constitutio. Deinde aer alias piorum, alias secularium  
mentes, atq; populorum aut scientiæ uicem obtinent. Mare  
quoq; partim gētium exundationē, partim ecclesiæ populum.  
Et terra alia credentiū, quod ecclesia, aut fines regionis creden-  
tiū, interdū sanctorū conscientia figurat. Terra quoq; alias cor-  
da carnaliū, aut peccatores, uel etiam fines terminiq; possessio-  
nis gentiū ad anagogen. Idem iam officū habent quæcunq; ex  
his ædita nataq;. Quid quod quæcunq; in humanos usus ueniūt,  
nequaquam ab hoc usurpatione uacant. Sed in sacrorū signo-  
rum locum (nisi simplex est narratio) linguæ uice existunt.

II Non solū nobis sacrā scientiā sub linguis (quod rerū na-  
tura, rerumq; naturæ effectibus) fabulis, similitudinibus, deniq;  
signis proditā, sed gētibus etiam omnibus, quāuis diuerso insti-  
tuto contrariisq; effectibus primitus æditam. Sic Moses in om-  
ni scientia Aegyptiorum eruditus dicitur, & hinc suæ Aegy-  
pto ceremoniæ atq; aliis alia Gentibus superstitio demanauit.  
Hinc Græciæ fabulositas, & mystica Deorum genealogia ne-  
quaquam licet irrationabilis. Quanquam sacrosanctæ Israe-  
litarum scientiæ subternere ac cedere tam ad Deum, quam  
naturam noscendam certum est, procurante sic ipsa puto diui-  
nitate per angelos, hoc est prædicatores sanctos Verbi, aut post-  
ea Euangelii, in maturam (propter quod mundus creabatur)  
Gentium uocationem, ac linguam Aegypti maris, hoc est, ter-  
renæ ac pacatrici nationis scientiā a fundamēto post sanctæ  
prædicationis officia, aut pessundante, aut externa etiam armo-  
rum ui euercente.

## P R A E F A T I O

IIII Aeternum Israhelitarū nomē, quod Paulus ad Rom. apertissime admonet, in credentes, & ipsum Christianorum nomē sic eloquente nobis scriptura conuenire. Quod sicuti uidelicet in planta surculus per insitionem coalescit, sic Gentes posterius primitiua Israhelitarum stirpi, ueluti radici uidentū Deū, ut sub testamenti appellationem pertinere nimirum possemus, necessitate inserebātur, reiecta tamen a bore iam caduca, quod incredulitate Iudaica abiecta, e d & radice in nouum stipitem perpetuo perennante.

V Quod in hoc documētum Apocalypsis Apostolo Iohanni data sicut nōnullis tum aliis sanctorum ipsiq; Stephano ac Paulo, sub ipsissimum nouae prophetiae tempus effluxa; Danielis Hebdomadas, ideo usibus Ecclesiae data, ut legem, prophetia; (quae ille dimidiato partitur libro) quanquam non simplici uocis textu, mystica at tamen interpretatione obtineremus, uersa paulum ac deflexa scripturae alicubi allegoria, lingua signisq; nihilo mutantibus. Qua in re neq; nouae prophetiae assertorem Tertulianum, neq; Chiliastarum pietatem ac diligentiam hastenus insectandam uideo.

# ALPHABETVM

THEOLOGICVM.

A GREGORIVS.

- A** Byffus, iudicia incomprehensibilia  
**A**byssus, mens humana, unde scriptum, Dedit abyssus  
uocem suam, hoc est, quando mens humana admiratione  
nimirum Dei exclamare cogitur.
- A**byssus terra, est profunditas, qua signatur mens humana,  
quia dum se per se nō comprehendit, uelut obscura abyssus  
latet, dat uocem abyssus, quia diuinæ naturæ potentiā quo  
comprehendere non sufficit, humilius Deum laudat. In no  
uissimis quoq; abyssi Deo (quod apud Iob) deambulare, est  
nequissimorum corda hominum, & desperatas mentes ad se  
conuertere.
- A**abortiui, multitudo bonorum, quia mundi primordio conce  
pti. **GR E G.** nati in lege, solidati in gratia. **ADIECTIO.**
- A**bsynthium mundi huius gloria.
- A**ccusator, diabolus. **GR E G.** Accusator caro nostra. **ADIE.**
- A**ctio, quod mentis denudatio.
- A**dam cuius post inobedientiæ fructum triplex tentatio, equidē  
Gulæ, uanæ gloriæ, avaritiæ.
- A**dam primam dicitur perdidisse circumspectionē. **BERN.**
- A**dam avaricia occæcatus deliciarū, mox perdidit paradysum,  
quod cum animus aduersus adparentia cupiditatem conci  
pit, statim intus mentis lumen perdit, et interius referatis  
talpeis (quod concupiscentiæ) oculis, suæ duntaxat nudita  
tis pauperiem uidet, rationis nimirum contuitu per inobedi  
entiam orbatus. **CYRILLVS.**
- A**dam indutus, qui quod in paradisi delitiis constitutus quan  
quam nudus, nullo tamen egens ditissimus erat. Verū post  
quam subactus avaritia, uirtutum gloria est denudatus, hinc  
ægestate illinc cupiditate pauperrimus, pia mox dei prouidē  
tia induitur. Itaq; o male oditum bonum lata paupertas,



## ALPHABETVM

& o frulte dilectum malum infœlix opulentia. **I D E M.**  
 Adam in Paradiso libero arbitrio honoratus immortalium Pla-  
 netarum colonus quod diuinarum cogitationum dator. **GRE-**  
**GORIVS NAZIEN.**

Adam in Paradiso, homo in ecclesia. **ADIECTIO.**

Adam primus a nobis resumitur, quando non quod sumus per-  
 manemus, uerum quod eramus, efficimur. **NaZiEN.**

Ad auram post meridiem Deum deambulare, est cæcis fluxisque  
 mentibus nequitiam suam Deum aperire, ut & mutabilita-  
 tis suæ inconstantiam amisso aternitatis statu deprehenderet, &  
 per auram, id est, feruorem charitatis expulsus se per tor-  
 porem animi cognosceret. **GREG.**

Aura, tentatio.

Aer, mentes secularium, quæ in numeris huius uitæ desiderijs de-  
 dita, huc illucque more aeris fluide disperguntur.

Adflicio Dei, quando in perituris & inanibus rebus occupamur.

Adfluere delitiis sup omnipotentem (quod apud Iob) est in amo-  
 re illius, scripturæ sacræ delitiis saturari, quibus anima amore  
 conditoris capta ad cõtemplandam eius speciem deficiendo  
 suspirat, & quasi lassescendo conualefcit, cum terrena one-  
 ra respuit.

Ager & uinea ad ecclesiam pertinent. Ager item uita, uinea  
 opera.

Agri nomine, scripturæ sanctæ latitudo accipitur.

Aggerem comportat) quod apud Iob) prædicator. Quando mo-  
 lem tentationis indicat.

Agnus propter innocentiam, Leo propter potentiam uirium,  
 serpens propter sapientiam. **CHRISTVS.**

Agna actiue innocentia, capra quæ quod in summis pascitur,  
 contemplatiuam uitam refert.

Alae, contemplatio pia.

Alieni, apostatæ dicuntur.

Altaria duo in templo, alterum holocausti, ære coopertum, alterum  
 incensi



## ALPHA B E T V M

**Aries** primus in Ecclesia ordo sacerdotum. Aries quoque ducatum signat.

**Angeli**, prædicatores Verbi.

**Argentum**, in argento eloquium designari solet, & quia hæretici sic de linguarum suarum nitore superbiunt, ut nulla sacrorum librorum autoritate solidentur (qui libri nobis ad legendum quasi uenæ argenti fiunt, quod de illis locutionis nostræ originē trahimus) eos ad suæ autoritatis paginas scriptura reuocat, ut si uere eloqui desyderant, inde quod loquuntur sumant, unde scriptum habet argentum uenarum suarum principia, ac si apertius dicat, qui ad ueræ prædicationis uerba se præparant, necesse est, causarum origines a sacris paginis sumant, & quod quisque loquitur, ad diuinæ autoritatis fundamentum reuocet.

### D I O N Y S I V S.

**Alas** in sanctis angelis, celeritatē in alta conscendendi, & iter in anteriora, mobilitatē quoque & cursum sempiterni motus ad diuina tendentium spirituum, accipi putat. Aures quoque uim illam participandi diuinæque participationē scite suscipiendi.

**Aquilæ effigies**, regiam dignitatem & motum ad superna tendentem, agilitatemque ac facilitatem speculandæ diuinitatis demonstrat. Idem.

**Armatura, fides.** CREG. Arma iustorum innocētia. METHO.

**Arma**, interdum humana patrocinia. GREG. eidem armorum fulgor claritas est miraculorum.

**Annulus**, signaculum secretorum.

**Aurum**, uitæ uel sapientiæ claritas.

**Anima**, intentio cordis.

**Audire**, quid nobis est audire nisi præcepta Dei alacriter adimplere.

**Apostoli**, qui totius seculi prædicatores Domino representabant. GREG.

**Apostoli**, Christo omnes præpositi, qui Apostolis uicaria ordinatione succedunt. CYPR. Arbor

T H E O L O G I C V M

- A**rbor, arbores sumus (inquit Fulgētius) o fratres, in agro dominico confita.
- A**rboris, seu ligni uetiti expositio; apud Danielem cap. iiii.
- A**rbor, scientia, fructus, operatio.
- A**rbor, ad cuius radicem apud Lucam securis posita, seculum totum, interdum quemlibet e seculo significat. GREGO.
- A**postoli quare duodecī, terni uidelicet per singulas orbis partes dispositi, explanat morali allegoria. GREG. in Job. lib. xxx v. Apostolorū duodenario numero tota iudicantiū multitudo signatur. HIERONYMVS.
- A**urora, mens iusti.
- A**urora, iustitia ecclesiæ sanctæ quod in Canticis.
- A**rena, pondus, arena maris pondus peccati.
- A**renæ maris terminum posuit Deus, quia ad frangendū mundi gloriam, abiectos & pauperes elegit.
- A**ristæ, reprobi, grana electi.
- A**er, qui ex cœli qualitate disponitur.
- A**quæ niuis, humilitatis lamenta.
- A**qua, scientia prædicationis.
- A**quæ furtiæ, praua scientia.
- A**quæ signant aliquando spiritū sctm̄, aliquando scientiā sacrā, aliquando tribulationē, aliquando defluentes populos, aliquando mentes bonorum fidei prædicationem sequentium.
- A**quarum etiam nomine electorum & sapientum corda, de quibus scriptum, aquas appendit in mensura, quia sancti ipsi qui subleuante spiritu ad summa rapiuntur, ne aliqua elatione superbiant tentationum aduersitatibus reprimunt.
- H**inc Helias dum tot uirtutibus profecisset, quadam in mensura suspensus est, dum postea Iesabel, quamuis Reginam tamen mulierculam fugit. Sufficit mihi, inquit, domine tolle animam meam, considera uirum post tot adira miracula, de manu Dei mortem petere, & de manu mulieris, mortē fugiendo uitare, ita in eo aquæ tribulationū & sciētæ

## A L P H A B E T V M

- appenduntur in mensura. In uirtutibus Helias, quid de Deo accepisset in infirmitatibus, quid de se poterat accipiebat. Itaque illa infirmitas custos ei uirtutis erat, miraculis monstrabatur, Helias infirmitatibus seruabatur.
- A** trium templi, latitudinem signat uitae praesentis, & recte foras templum sunt, (quod apud Apocalypsim) qui per angustam templi portam, quae ducit ad uitam non ingrediuntur.
- A** sinus, per asinum immunditia, quae in lege iubetur oue commutari.
- A** quilo, aquilonis nomine diabolus sumitur, quia corda Gentium torporis frigore confringit. **GREG. CYRILLVS**, Aquilonem superbiae sedem locat, de quo scriptum, Sedebo in monte testa. in lat. aquilonis. Qui enim, inquit, contra mundi cursum sursum erigitur, necessitate in latus oppositum fertur. Itaque magna quidem prouidentia conditoris superbiorum habitabilis locus aquilonari polo subiicitur, ut ex ipsa nimirum mundi positione discant, illud quidem quod secundum mundanae positionis aspectum uidebatur superius, ueritate inferius fore. Quam ob rem qui seculi (inquit) fallaciam fugiunt, per humilitatis demissum feruntur. Haec ille.
- A** uster, per austrum, qui calidus uentus est, spiritus sanctus figuratur, qui dum mentes electorum tangit, ab omni prorsus torpore relaxat, ut bona iam desiderate operentur. Unde scriptum, Conuerte domine capti, nost. sicut tor. in Austro.
- A** rcturo, qui septem stellarum radiis fulget, Ecclesia uniuersalis exprimitur, quae quod in Iohan. Apoc. per septem ecclesias, septemque candelabra figuratur, dona in se gratiae septiformis spiritus continet.
- A** quae, populi, unde scriptum: Terminum circumdedit aquis usque dum firmentur lux & tenebrae. Itidem Apoc. xvii.
- A** rbores, quod supra, unde illa arbor alte radicata quasi inter aduersantes uentos fixa steterat, quae dicebat per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam nitimur.
- A** rbor, uirtutum incrementa. Vis quippe futuri arboris prius in semine

## THEOLOGICVM.

- prius in semine est, post modum in ortu, ad extremum pro-  
 ducitur in ramis. Sic etenim profectus est hominū, sicut in-  
 crementa conspiciamus arbuſtorum.
- A**ura, lenis persecutionis uentus, immūdi spiritus Symbola.
- A**urū fidei claritas, quod sicut illud in fornace ad naturæ suæ  
 claritatem proficit, & dum per ignem transit, sordes amittit,
- I**ta iustorum animæ exustione tribulationis probantur, qui  
 bus dum sic uitia subtrahuntur, merita adaugentur.
- A**urum, fideles animæ. Aurum sanctitas.
- A**uri nomine, ipsa intima diuinitatis claritas.
- A**uro ingenium prospicax, obryzo mens illustrata & purga-  
 tissima.
- A**ues seu uolucres, sublimia sapientes uiri.
- A**ues, Picus (ex autoritate Ionethis Chaldaei) locat, qui de na-  
 turæ institutis ad gratiam sunt translati.
- A**doleſcentia hypocritæ, amplexatio libidinum.
- A**urum (quod in Apoc.) emimus, hoc quippe est, cum acceptu  
 ri sapientiam, prius obedientiam præstamus.
- A**ure tenuis sybilus, sapor contemplatæ deitatis, spiritus quoq;  
 ante Dominum euertens mōtes & petras conterens, pauor ex  
 aduentu eius irruens, altitudinem cordis nostri deiiciens, &  
 duriciam liquefaciens, propter quod Propheta nobilis Heli  
 as edocetur, spiritui commotioni & igni non inesse Domi-  
 nus, in sybilo uero aurenus non negatur.
- A**rundo, mentis mobilitas.
- A**rundinetum, uita secularis alta, sed inanis.
- A**ccipitre & Herodio electorum persona, quod celeritate transf  
 uolant signatur, qui quantulocunq; in culpæ contagio esse  
 non possunt, sed cum leuiter deprimuntur multa uirtute  
 bonæ actionis quæ illis suppetit, ad superna subleuantur,  
 contraria, oppositaq; Struthionis significatione. Vide in-  
 fra S.
- A**ltitudo coeli, latitudo terræ, profundum inferni.

## ALPHABETVM

- A**byssus aquarum, immensitas generis humani.
- A**nnus, prædicatio supernæ gratiæ, in quo sicuti congeffis diebus tempus efficitur, ita superna prædicatione uirtutū multiplex uita completer. Dies quoq; , singulæ electorum mentes, menses multiplicatæ electorū ecclesiæ, quæ multæ unā catholicam faciunt.
- A**læ, actio pia, ut Apoc. xiiii. aduerso item symbolo actio impia ut apud Zacha. Leuar. duæ mulieres alas suas.
- A**limenta mentis, ueritatis dicta.
- A**spis, uiolenta & subita tentatio. Vipera lenis & diurna.
- A**nimalia, Job. Sanctæ ecclesiæ populi, ut ecce oues fideles atq; innocentes Cameli simplices &c.
- A**nimalia immunda, irrationabilis gentium simplicitas, qui per baptismum facti sunt de animalibus immundis homines sancti. Nam simplicitas sine ratiōe Verbi Dei hominis irrationabilitas est. **CHRYSOSTOMVS.**
- A**llegoria (quod litera) fidē instruit. Moralitas uitæ. **BERN.**
- A**llegoriam scripturis triplicem deberi Gregorio sancto docente admonemur, equidem Moralem quæ erat Talmudistarū & legi interpretandæ proprie debebatur. Deinde Historicā quæ res gestas signorum præsidio ad ueterem literæ positionem spiritaliter deprehendit, ea erat Cabalistarum, eadem Anagoge dicta, & priscis receptione constabat, quod ad rerū, nimirum gestarum fidem eius sese nobis indulget cognitio Idem Gregorius Typicā tertio loco collocat, quo ueteres rerum significationem rebus proprie significatis accommodat. Historicæ pariter & morali expositioni communis. Sic bifariam patet simplex illa literæ lingua, ancipiti ob hoc gladio & mucronato æquiparata, qui in Apoc. linguæ uice ex ore Christi prodire uisus. Hasce allegorias, nisi quis discernere potest, neutiquam se linguas (quod Apostolus ad Corinth. xiiii. suadet didicisse arbitretur. Quamuis enim linguā seu linguas pro idiomatis usu loquendi accipi non negamus, at
- eodem

THEOLOGICVM.

eodem loci Paulus abscondita Allegoriæ præcepta, linguam  
 siue linguas adpellauit, quæ tum pro contionibus frequen-  
 taretur, cui postea ad literæ ueritatem intellectæ, & sua inter-  
 pretatione insignitæ, prophetiæ adpellationem tribuit, & so-  
 li scripturarum allegoriæ inueniendæ, doctrinam, Apocaly-  
 psim, linguâ, interpretationē, donat, alioquin quare idem  
 Apostolus dixit: Qui lingua loquitur, oret, ut interpretari  
 possit: aut illud, Si ad uos ueniâ, linguis loquês, nihil uo-  
 bis prodero, qui & linguas suasit, & externo peregrinoq; idio-  
 mate nõ utiq; existimetur locutus. Neq; autem interpretatio  
 idiomate subsistit, disuadet uero. Apostolus crassam literæ  
 apud Iudæos usurpationem. Vnde & per Prophetam Iudæis  
 dicitur: Quare adpenditis argentû, & nõ in panibus, quod  
 Gregorius sic interpretatur, Pensatis sacra eloquia, sed non  
 ad refectionem, dum solam nimirum literæ speciem custo-  
 ditis, unde illic etiam subiungitur, Et laborem uestrum nõ  
 in facietate.

**A**nnus, quod æternitas Gregorius dies diem **ADIEC.** Anni  
 mille quod æternitas. Hominis quoq; ætate æternitas scri-  
 pturis signatur. **ADIEC.**

**A**er, spiritualis intelligentia scripturarum. **HIÉRO.**

**A**dám, Siquando communiter genus hominum appelladum  
 est, id commodissima uocis appellatione **ADAM** signifi-  
 cauit, quo nomine à terra natus significatur. **EUSEBI.**  
 id quod ad moralem uestigationem sufficit, accõmodari ta-  
 men mysteriû nominis Adam quadrilitera demonstratione  
 ad Anagogen, græca uestigatio indicat, quippe quatuor  
 mundi angulos respiciens, transmissam præsentemq; signi-  
 ficationem secum adferens. **ADIECTIO.**

**B**abylonia, uniuersum mundi ciuitatem refert.  
**B**abylon, confusio mentis reprobæ.



ALPHABETVM

**B**abylon ciuitas Diaboli, sicut Hierusalem ciuitas Dei. AV-  
 GUSTINVS. Babylone scripturæ sensu ecclesia gentiū,  
 uel seculum representatur. ADD. Vnde (Bernardus) cum  
 in populo Dei alii carnales sint, alii spirituales, ad alteru-  
 tram (inquit) ciuitatem pertineamus, necesse est: sed in-  
 ter Babylonem & Hierusalem nulla pax, uerum lis continua  
 & bellum, habet unaquæq; ciuitas Regem suum, Rex Hie-  
 rusalem Christus Dominus, Rex Babylonis Diabolus est.

**B**aculus, sustentatio, Basiliscus, quare infra R.

**B**ases terræ, sanctæ ecclesiæ Doctores.

**B**ases tabernaculi, siue Prophetas, siue Doctores extremis tem-  
 poribus subsequuturos signabant.

**B**estia, mens irrationabilibus desyderiis subdita.

**B**estia terræ, malignus spiritus, uel carnis motus.

**B**estiarum pecorū & serpentium terræ species ad immanitates  
 criminum & stultitiā peccatorum, cogitationumq; nequitia,  
 referendas monet AMBR OS IVS, nimirum creationis  
 modo & ordine sic ratione subdusta.

**B**estiarum duæ in Apoc. quæ sub Leuiathan & Behemoth uocabu-  
 lo (quod apud Iob) recensentur. Quorum hæc uidetur ho-  
 mo sine lege, siue ante legem, illa homo in lege, legis præ-  
 uaricator, hic natura animalis, ille delicto, de quo scriptum:  
 Homo cum in honore esset non intellexit. ADDITIO.

**B**estiarum aut iumeta scripturæ lingua gentes aut increduli, aut  
 peccato mancipati decernuntur, itidem piscium aut obscena-  
 rum uolucrum adpellatione nonnunquam produntur, contra-  
 ria fere credentium nomenclatura, quod aut Deos, aut Dei  
 filios adpellari uidemus, & aut fructiferarū arborū, aut aniū  
 cœli, aut gemmarum, aut etiam stellarum demonstra-  
 tione accipimus, superioris nimirum cœli ad nos translatis  
 similitudinibus. Vnde scriptum: Cœli enarrant gloriam  
 Dei. ADDITIO.

Bestiarum

## THEOLOGICVM.

**B**estia, qui uidelicet ueluti bestia in terram prouentri obediunt, quorum alios lupos, alios porcos, alios canes, alios serpentes, uaria quadam uitiorum similitudine scriptura Iudaeorum adpellare consuevit. Quare primus homo & uerus apud Hebraeos conscribitur Enos uocatus, quod latine uerus homo interpretatur, Neminem enim uerum putant hominem, praeter eum cognoscit, & pie colit, alios nullo a pecoribus discrimine locant, **E V S E B I V S** in libro de praeparatione Euangelica:

**B**ellum, aduersa. Bellum latentes insidiae, Bellum patimur, cum carnis nostrae tentationibus impugnamur.

**B**ysus & coccus in templo, signata sanctorum uita tenera, sed clara, pelles & cilicia, quae extra in tabernaculo, crassae hominum mentes, intus bysso & cocco fulgente, monstratur non contemnenda Praepositorum uita, quae per pelles & cilicia signatur, qui quod plerumque exterioribus uacant sicut illa, uentos hymbrem & puluerem portant.

**B**oues, qui intra sanctam Ecclesiam praedicationis iugo premuntur.

**B**oues aliquando luxuriosorum dementia, interdum laboriosa praedicantium fortitudo, aut etiam humilitas Israhelitarum.

**B**utyrum, mysterium incarnationis, quia ex carnis substantia trahitur. Mel, uide infra, **M**.

**B**rachium, bona operatio. Brachia opera.

**B**rachium manus uel uox in deo, consubstantialis eius filius. Vnde scriptum, Brachium Domini cui reuelatum est.

**B**rucus, quia toto corpore in terram repit edendi ingluuies.

**C Y R I L L V S** linguarum apprime gnarus, in Quadrupertito Apologo, dum quatuor uirtutes quas in quadratura tabernaculi Domini discimus, enumerat, statuit, Templum sapientiae, Murum urbis solidae fortitudinis, palatium Reginae Iustitiae, Domos Hierusalem pacem modestiae, Aduersus quae erigi quatuor illa dira cornua, quae iuxta

## ALPHABETVM T

uaticinium Zachariæ uentilauerunt Iudam & Iſrahel, quæ  
 itidem Iſrahelem ſecundum Iſohelem inſatiabiliter uoraue-  
 runt, nimirū eruca inuerecundiæ, locuſta euolantis ſuper-  
 biæ. **BRVCVS.** totus uetus inſatiabilis auaritiæ, adhuc  
 rubigo ardentis luxuriæ, Hæc ille.

**Botrus uineæ** (quod in Canticis) Chriſtus. **GREG.** Botrus  
 Chriſti paſſio. **HIERO.**

**Baltheus Regum**, caſtitas ſanctorum, de quo ſcriptum Bal-  
 theum regum diſſoluit.

**Beſtiæ agri**, Dracones, Struthiones (quod apud Iob) Deū nū-  
 mium glorificant, cum fidem quæ in illo eſt, ea quæ in hoc  
 mundo dudum membrum Diaboli fuerat, gentilitas Deum  
 exaltat.

**Brachium Aquilonis** (quod apud Daniele) uirtutes gentiū  
 Aquilonis. **METHOD.**

## C

**C** Adauer, qui peccato mortuus.

**Caput**, principale mentis ſiue prudentia. **Caput Chriſti**  
 eius diuinitas.

**Caput**, ſumma ſacerdotii.

**Caput**, diuinitas, per quam exiſtendi principiū ſumimus, un-  
 de ſcriptum, **Caput uiri Chriſtus.** **Caput ſenſuum officinæ,**  
**NAZIEN.**

**Cilicium**, aſperitas & compunctio peccatorum.

**Candor**, iuſtitia.

**CHRISTVS**, qui factus pro nobis adeo ſapientia, iuſtitia, &  
 ſanctificatio. **GREG.**

**Cauſa**, Cauſa bonorum iuſtitia eſt.

**Capra**, contemplatiua uita.

**Cælum**, interdum prædicatores ſancti, qui ob conuerſationem  
 cœleſtis uitæ ſua reliquerunt, interdum ſacrum eloquium,  
 interdum iuſti.

Cornua

THEOLOGICVM

- C**ornua, in cornibus elatio superborum. GREG. Cornua alias potestas. ADIEC. CYRILLVS. Cornibus aut cauda, bestialem ostendi naturam.
- C**olumbarum duo pulli uel turtures, duplex poenitentiae nostrae gemitus, pro culpa quidem gemitus, pro holocausto dolor.
- C**edrus in scripturis, aliquando altitudo gloriae, aliquando praueuorum rigida elatio.
- C**auda Behemoth, antiqui hostis extremitas. ANTICHRISTVS, caetera GREG. lib. in Iob xxxii. Num. xiiii.
- C**auda, quod Apoc. ix. atq. xiiii. potestas praedicatorum iniquorum in caudis esse dicitur, quia temporalibus potestatibus fulti, per ea quae retro inspecta, exultant. Cauda M. O.
- C**alix aureus Babylon, est temporalitatis nitor, secularis gloriae splendor, quia dum uisum extimae pulchritudinis ostendit, sensum internae rectitudinis subtrahit.
- C**olumnae caeli, sancti angeli, uel summi ecclesiae praedicatores, Apoc. ii. qui uicerit, faciam illum columnam.
- C**olumnae quoque septem, septem ecclesiarum mysterio elatae, ut sapientia aedificauit sibi domum, & excidit columnas septem, immolauit uictimas, miscuit uinum, misit ancillas suas ut uocarent ad arcem, & ad moenia ciuitatis. Si quis est paruulus, ueniat ad me. Immolauit autem Dominus uictimas seipsum offerendo pro nobis, miscuit uinum praceptorum suorum poculum, ex narratione historica; & intelligentia spiritali contemperans, unde alias dictum, calix in manu domini, uini meri plenus mixto, & posuit mensam, id est, scripturam sacram, quae fessos ad se, atque seculi oneribus uenientes, pane Verbi refecit, quo contra aduersarios nos roborat. Vnde alias ab ecclesia dicitur: Posuisti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Misit autem ancillas, id est, Apostolorum suorum animas, in ipso sui initio infirmas, ut nos ad arcem & moenia supernae ciuitatis uocarent, quo non nisi humiles ascendunt.

## A L P H A B E T V M

- C**olumna, patrocinijs sustentaculum. **ADDI.**
- C**alix, dolor passionis.
- C**alix, quod cuiq; forte obuenit, siue bonum, siue malum sit.
- H I L A R I V S.**
- C**ythara, recta operatio.
- C**ollum seu ceruix, superbia. Ceruix in bonis, libertatis erectio. Sancti quippe uiri nec ex elatiōe sunt liberi, nec ex timore submissi, sed cū rectitudo eos ad libertatē uocis erigit, cōfideratio infirmitatis propriæ in humilitate custodit.
- C**alciamentum, munitum prædicationis.
- C**incinnus capitis, collectæ cogitationes mentis. **GREG.**
- C**H R I S T V M & Ecclesiam una censi personam, illum uidelicet huius corporis caput, hanc autem illius capitis corpus accipi, proinde in Christo est, uniuersiusq; nostrum caro.
- C**ælum, Ecclesia electorum.
- C**ælorum rationem (quod in Iob) Dominus narrat, dum gestarum rerū ordine, iam nunc suorū mentes illuminat.
- C**ælum, prædicatoriū uita. Cælum nouū & terra noua erit cū præsentibus dissolutis noua illa & æterna cōfessio Dei super cœlū & terrā reddetur, quod est regnū sanctorū. **HILARI.**
- C**linitas sancta (quod in Apoc.) Aurum & uitrum, uidelicet claritas & perspicuitas. **GREG.**
- D I O N Y S I V S.**
- C**or in sanctis angelis, id quod uita diuinā speciē præ se ferēs.
- C**ornua, seruatricem & insuperabilem uim.
- C**ratæ, rotundo & patulo ore cum sit, prouidentia omnium, quæ initio & sine carent, quæq; patulo ambitu explicita omnia continet, signum est. Idem Phiala.
- C**ibus solidus, perfecta intelligentia.
- C**urrus, coniunctam similiarum & æqualiū societatem signat.
- C**oncupiscentiam in sanctis angelis diuinum amorem, & remotissimæ contemplationis inexplebilem auiditatem accipiamus.

THEOLOGICVM. I. A.

- C**onuiuium Domini ideo cœna dicitur, non prandium, quia  
 post prandium cœna restat, post cœnam uero conuiuium  
 nullum superest. GREG. *in libro de ciuitate dei*  
**C**iuitas dei, uniuscuiusq; fidelis animæ corpus est. AMBRO.  
**C**anum lingua, doctorum est prædicatio.  
**C**œnæ hora, finis mundi.  
**C**ibus & potus, ipsa est scripturæ allegoria.  
**C**orona, remuneratio uictoriæ. Corona gratiæ.  
**C**lari, uerba sapientum. Vnde scriptum: Verba sapientum  
 quasi clari.  
**C**lamor pauperum, desideria gentium.  
**C**æci, qui illuminantur prædicando.  
**C**æcus Adâ, per inobedienciâ, quia aptos habuit oculos seculo.  
**C**urru cor, dum ima petit, dirigitur autẽ cum ad superna sub-  
 leuatur.  
**C**ubitus, recta operatio.  
**C**alamus aut arundo, in scriptura aliquando uerbũ permanẽs,  
 aliquando Doctorũ peritiã, aliquando mobilitas mentis, ali-  
 quãdo nitor gloriæ tẽporalls. Cætera GREG. lib. cccxxxiiii.  
**C**adere in faciẽ, est in hac uita culpas suas agnoscere, & peni-  
 tendo deflere, Cadere retro, est ex hac præsentĩ uita decedere  
 & quo ducatur ignorare.  
**C**ardines maris, termini mundi.  
**C**oluber, antiquus hostis, tortuosa & lubrica Sathanz machi-  
 namenta.  
**C**ustos hominum, Deus ipse.  
**C**ostæ, sensus animæ.  
**C**athena & funis, temporalis afflictio.  
**C**um Deo contendere, est suo sensu uiuenti, non ei tribuere  
 quod sibi uendicat, & proinde uirtutis eius gloriam sibi ar-  
 rogare.  
**C**rimen, Crimen omne peccatũ est, nõ omne peccatũ crimen,  
 & in hac uita multi sine crimine, nemo sine peccato.

## ALPHABETVM

- C**atuli leonum, reprobi quicq̃.
- C**ausarum ordo, operum Dei occulta ratio existit, ut ecce homo sub Deo conditus, ad conditionis ordinem redit, quado sibi sequitatem iudicis sui, etiam quam non intelligit, ante ponit, ut Iob, qui percussionis uerbera exceperat, & causas uerberum ignorabat: & Saul, que peccans populus meruit, apud Deum reprobus extitit, sed causarum ordine electus, sicut de eo scriptum est, bonus fuit.
- C**amelus, rerum temporalium dispensatio.
- C**ornua, aliquando scriptura sacra. Cornua duo, duo testamēta. Rob. Gallus.
- C**ornu olei, Christus signatur. Populo priori tres erant ordines, Sacerdotium, Regnum, & Prophetia, horum omnium una fuit unctio, tria uero dona, tria charismata. Vngebantur enim Reges, Sacerdotes, & Prophetæ. Ideo autem cornu unctio, quia unctio imaginem gerit Christi. Chrysosto.
- C**laues regni cœlorum, ipsa decernendi est scientia & potestas, quarum potestate & magisterio digni intra Ecclesiã admittuntur. BEDA.
- C**orda patrum in filios conuertere, est sapientiã quam habuerunt patres in filios transferre, mysterium uidelicet incarnationis explicando.
- C**orrigium calciamenti, mysterium incarnationis.
- C**iuitas Dei, Ecclesia. Eadem regnum cœlorum domino dicta, interdum reciproca quasi significatione cœlũ terra ob hoc uocata, ut una utriusq̃ conuersatio ostenderetur, hinc duplicis atq̃ etiam triplicis cœli (eadem scriptura magistra) simulachrum Cabalistræ locant, equidẽ Ideale, & quod huic nostro mũdo expressissimũ sit simulachrum, sed quo superius illud degeneri quodam modo uerũ per omnia repræsentetur, siue creationis ordinem & modum, siue rerum inuisibilibium substantias requiras, a qua quidem ueluti regula, totius sensus allegorici (quatenus ueritate fulciri potest) disciplina manauit. ADIE. Cerus

## THEOLOGICVM.

- C**eruus, scripturæ uoce sponsus. Cerua ecclesia.
- C**eruæ, ecclesiæ, aut animæ. ADIEC.
- C**eruaru significatione, Doctores, quæ ut pariant (quod apud Iob) incuruari dicuntur, quia nisi Prædicatores sancti ab illa immensitate contemplationis internæ, quam accipiunt ad infirmitatem nostram, humilima prædicatione (sele incuruando) descenderent, nunquam fidei filios procrearent. Ceruam parientem audis Paulum cum ait, Ego non potui uobis loqui, ut spiritualibus, sed quasi carnalibus tanquam paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escam: & alibi sublimem atq; agilem ceruam exprimens, Sapientiã, inquit, loquimur inter perfectos.
- C**athedra, quod præsidentium locus, sub duplici signifi-  
catione sumitur, iustorum, & peccatorum, siue impiorum, quosq;  
scriptura perpetuo peccatores adpellare solet. ADDI.
- C**orui, Prædicatores sancti, qui de iustitiæ luce minime super-  
bientes, per humilitatis gratiam peccatorum in se nigredi-  
nem confitentur.
- C**orui nomine, alias nigra per infidelitatis meritum Iudæica  
plebs.
- C**oruum pulli, peccatis nigra Gentilitas.
- C**uttis, mollicies infirmitatis.
- C**omæ, siue capilli capitis sponsi (quod in Canticis) populi fi-  
delium, casta uirritum fragrantia.
- C**epæ, aut Porri, eo quod lachrymis exprimentis apta, diffi-  
cultas uitæ præsentis.
- C**ælum & terra, adpellatione cœli & terræ quæ in cœlo & quæ  
in terra sunt condita cuncta complestuntur. BERN.
- C**alamus scribæ, lingua patris, quia illi Verbum cœternum  
& permanens generatum.
- C**alamus quassatus, Iudæici populi temporale regnum.
- C**edrus, spes cœlestium.
- C**upressus, electi.



## ALPHABETVM

- C**inis, memoria stultorum,  
**C**alcaneū, ecclesie sancte terminus, aut postrema predicatio  
**C**auda, quod finis cuiuscq; rei.  
**C**rus, recte actionis stabilimentum.  
**C**icatrices computrescere, est sanata iam peccatorum uulnera,  
 rursus in tentationem serpere, quod forte Apoc. xiii.

## D

- D**amnū, deiectio humane conditionis Greg. p lapsum. AD.  
**D**eliciae sancte ecclesie, adfluentia scripturarum.  
**D**iuitia, sublimis intelligentia.  
**D**iuitia, cum doctrina atq; prophetia lucrandis animabus im-  
 pedis, & has q̄si acceptas diuitias egenis fratribus erogamus.  
**D**iuitia spiritus possessa, deo ad charitatis regulā posse rationē  
 ponere.  
**D**iuites quādoq; elati, diuitia acumina cōsiliorū habundātia,  
**D**ies prosperitatis, Nox aduersitatis,  
**D**ies gratie seculum. GREG. Dies item mala iudicii. AD.  
**D**ie creationis septima, requies ecclesie, lege figurata.  
**D**enarius numerus, qui Decalogo debetur.  
**D**iadema, diadema iustorum est iudicium. Vnde scriptum, co-  
 gitaciones iustorum iudicia.  
**D**racones aperte mali, Struthiones hypocrite,  
**D**entes in sancta ecclesia accipimus eos, qui predicacionibus  
 suis peccantium duritiam conterunt.  
**D**ente Leuiathan, errorū magistri figurant, q̄ reprobōrū uitā &  
 ueritatis integritate subductā ueluti cōmanducantes eripiūt  
**D**entes in Angelis, diuisionē indultae sibi perficientium alimo-  
 nia. **DIONYSIVS.**  
**D**extrū, quod pro magno, Sinistrū, quod pro nullo p̄satus.  
**D**extera futura, laua praesentia.  
**D**extera, iustitia. Laua iniquitas.  
**D**extrum coeli, orientem putat **CYRILLVS.**

## THEOLOGICVM.

- D**olus in manu, fraus in uirtute.  
**D**raco, uirulenta cogitatio.  
**D**raconum nomine, maliciosorum hominum uita.  
**D**ormitio peccati aut ignorationis, aut securitatis. **ADDI.**  
**D**ormire, est in peccatis iacere.  
**D**esertum, infidelitatis seu Gentilitas. Vnde scriptum, posuit  
 desertum in stagnum aquæ.  
**D**omus (quod in Canticis) Ecclesiæ.  
**D**omus cogitatio, domus deserta (apud Iob) cogitationes prauæ.  
**D**uodenario numero tota iudicantiū multitudo signat. Hiero.  
**D**uodecimq; quoq; thronis, Greg. uniuersale iudiciū accipit,  
 per thronū uero filii singulare culmen iudiciariæ potestatis.  
**D**uodecim thronus Apostoli insident. Ex eo tempore postquā  
 in sede maiestatis suæ filius hominis cepit sedere, hoc est, ex  
 quo gentes in eum credere cœperunt. Io. Epif. super uerbo  
 Euangelii. Cum sederit filius hominis.  
**D**igiti sponsæ (quod in Canticis) uirtutes sanctæ Ecclesiæ.  
**D**igitus, discretio.  
**D**ux impius, Prælatus superbus.  
**D**ies, Deo æternitas. **GREG.**  
**D**ies sanctæ Ecclesiæ tunc erit, quādo nullā malorū suorū ten-  
 rantē memoriā tolerans, tenebrarū etiā reliquias abscondit.  
 Cui tunc (apud Iob) auroræ locus ostenditur, cū de transactæ  
 noctis caligine nihil est habitura.  
**D**ormitio, mors, de qua (apud Iob) cum dormierit diues ape-  
 rit oculos suos, cum tamen dormientes claudere soliti. Sed  
 quia homo anima & corpore cuius constat, dormitio nimi-  
 rum animæ uigilia est corporis, & cuius corpus obdormi-  
 scit in morte, eius anima uigilat nera cognitione. Vnde ab  
 Apostolo dictum, Surge qui dormis somno animæ. Itidem  
**APOC. III.**  
**D**olor sanctæ Ecclesiæ, quando peruersos in malicia sua cre-  
 scere intuetur.

## M A L P H A B E T V M

- D**olores feminare, est fraudulēta dicere, metere est in ipsa iniquitate prosperari, quos Deus male agentes ideo non percutit, ut habeat quibus extremum iudicium exhibeat.
- D**iuitiā, quibus Iob gaudere despexit, quia sanctū uirum intelligentia scientiā non corrumpit. Sed alia sunt bona summa, ut fides, spes, charitas. Alia bona media, ut prophetia, doctrina, curationes, quibus perceptis, uti animus sicut terrenis diuitiis potest, quando per ea laus exterior quæritur. Unde scriptum: Qui festinat ditari, non erit innocens.
- D**iluculum nostrum, quando obscuritas nostra ueritatis cognitione irradiatur.
- D**eo, cum oculus, scapulæ aut pes, aut alæ adsignātur, effectus quidam operationis extrinsecus ostenditur.
- D**ecor Domini, sublimitas mentibus nostris impenetrabilis, Gloriosus item Deus, quia dum seipso perfruitur, accessoria laudis non eget. GREG.
- D**iluculum, compunctionis nostræ lux.
- D**omus, ecclesia, Domus, ecclesiæ.
- D**entes, sensus interni. D I O N Y S I V S.
- D**e Deo duplex Theologorum traditio animaduertitur, Arcana altera & mystica, altera manifesta & notior. Altera significatiua & perficiens, altera sapientiæ studiosa ac demonstratiua. Idem duplicem in sacris literis tradi significandi modū, ex his alterum per similes imagines figuratq; procedere, nihilq; à sua natura deuiare. Alterū per dissimiles formas promouere, itaq; effectum, ut diuersa prorsus, & alia quam uideatur insinuet. I D E M. Bartholomæus proinde ait, & plurimam Theologiam esse & minimam, Euangeliumq; latum & magnū, rursusq; concisum ac breue, mirifice id quidem (inquit) intelligens, quod quamuis Euangeliū fidem instituere satis habet, potest insuper ad totam reliquæ scripturæ inuestigationem conferri.
- D**iuina latitudo, dicēda amplissima Dei ad cuncta progressio, Longitudo

## T H E O L O G I C V M

Longitudo uero uirtus peruagans omnia, profundum autē abdyta uirtus eorum quæ sunt nulli cognoscibilis.

**D**iscubitus, requies ex multis laboribus, & inuiolabilis uita, diuinæq; conuersatio omni iucunditate repleta, uberrimorum ac beatissimorum bonorum adfluentissima largitate.

**D**omum ædificare sibi sapientia dicit, & in ipsa solidos cibos & pocula, crateremq; proponere, ut omnibus diuina digne coniciantibus perspicuum sit illum esse perfectam prouidentiam qui omnibus ut sint ac bene sint, author est & causa, & quod procedit ad omnia, & quod in omnibus sit, & omnia contineat, excipiatur ab omnibus, diuinitate sempiternæ subsistēte & semper eodem se habente modo. **D I O N Y S I V S.**

**D**eus cælo excelsior, quia circumscriptione sui spiritus cuncta transcendit. Terra longior, quia creaturæ modum perennitate suæ aternitatis excidit. Inferno profundior, quia eū transcendendo subuehit. Excelsior quoq; cælo sit Deus, cum ipsa in eum nostra contemplatio deficit. Inferno profundior, sicut inferno profundiorē se sensit, qui dixit de se, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus, qui autem iudicat me, dominus est. Latior mari, quod mens nostra nequaquā immensitatem dictionis eius agnoscere ( quantumlibet inquirendo fluctuet ) ualet. **G R E G.**

**D**eus magnus, quia omnibus magnitudinem tribuit, bonus quia bonitatem &c. **I D E M.**

**D**e Deo appellatiōes omnes quas significatiua docemur theologia improprie extræq; Deum prolatas oportet accipi. Quæ appellatiōes ubi cognitæ, eadem ueritate per negationem eludi possunt, eamq; Dionysius negatiuam theologiam siue mysticam adpellauit. Deus enim qualis intra se nulla demōstratione perceptibilis, extra signis ideo demonstratus, ut intelligatur creatis omnibus bonitatem & sapientiam suam communicare. Nomina quoq; ipsa diuina, quibus scriptura utitur, non nisi signorū uice proferuntur. **A D I E. D I O N.**

## ALPHABETVM

Qui de Deo recta sentiunt omnē formam, & figuram, & existētiā, & omnino oēm creaturam Deo attribuūt, tanq̄ omnium causā. Et eadē omnia ab ipso magis proprie remouēt, tanquam super omnia existenti, neq; illa negationes sunt illis affirmationibus contrariæ. Causa enim omniū incompatibiliter excedit omnē tam negationem q̄ affirmationem, ipsa secundū se nulla affirmatione ponitur, nulla negatione tollitur, quoniam recte omnia Deo attribuuntur secundum unum modū, & secundū alium eadem omnia ab eo recte remouentur. In hanc sententiā Greg. Nazian. Deus, inquit, semper erat, estq; ac erit, quin potius semper est, nam erat, & erat nostri temporis, & fluxæ naturæ sunt particulæ, tanq̄ pelagus quoddam essentia immensum & indefinitum omnem transcendens sensum, & temporis & naturæ menti nostræ umbræ instar depictus, idq; subobscuræ & perexigue, nō ex his, quæ in ipso, sed quæ circa ipsum sunt, tantisper nos illuminans, quo cōprehensibili illo ad se trahat, quod enim penitus est incōprehensibile, id etiam nec spe, nec aliquo conatu adquiri potest. Infinita igitur diuinitas comprehensibilibus rerū imaginibus, nos ad se trahit, sicut Paulus, Inuisibilia, inquit, Dei, ac sempiternæ eius uirtus & diuinitas, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.

**D**eus, lumen inaccessibile, incomprehensibile, neq; incipiens, neq; desinens, semper fulgens, tripliciter micans. Sunt & luminaria secunda, a primo lumine splendorem trahentia, potestates quæ cum ipso uersantur, ac spiritus ministrantes, qui cū hunc mundū cōstituere uellet, magnū & admirandū maiestatis suæ precamen, ex inuisibilibus pariter & uisibilibus cōdidit inferioribus, & quæ circa nos sunt primam luminis huius uim splendidam protulit. Conueniebat enim lumini magno, ut opificiū ex lumine inchoaret, quo tenebras in ordinatamq; & rudem cunctaq; obtinentem dissolueret confusione, rationibus inenarrabilibus ab omnipotenti edita

VERBO

THEOLOGICVM.

**VERBO**, cui solum considerare aut dicere, est opus constituisse, Nazian.

**E** bria, qui mundi amore confusi, mala quæ patiuntur non sentiunt.

**E** brietas terrenorum omnium obliuio, præ amore cælestium.

**E** bur, incorruptio.

**E** cclesiæ quidem sanctæ demonstratio, multis ac frequentibus apud scripturam signorum aut figurarum tegumentis adumbratur. Cuius constitutio primum mystico illo sex dierum opere exprimitur. Adhæc Synagogæ totius typo (ad ecclesiam per omnia translato) mirifice effertur, in cuius etiam typum (ut Ambrosius monet) **MARIA** uirgo immaculata sed nupta succedit, ex qua solus sanctus ante Deum nascitur, quæ in figura mysterii pia diuinæ legis signabat præscripta, eo quod sanctæ Ecclesiæ uirginis ad generandos populos Dei immaculatae foecunditatis genitale aperiret secretum. O & uere beata mater ecclesia, paradisi mysterio honorata, regni cælorum uocabulo expressa, eadem sponsa, Christi dotata sanguine, abluta passione, confirmata exemplo, alita uerbo, ob hoc sine macula, sineque ruga perpetuo censenda. Fœlix quæ sic honor diuinæ dignationis illuminauit, quam nitentium gloriosus martyrum sanguis exornat, quam inuiolata confessionis candida induit uirginitas, cuius pietatis professione neque Dæmones, neque ulla creatura uincere potest. Apud quæ testatum pridem diuino patris Verbo, denuo peragitur mysterium, intra quam obscura quæque diuinitatis reuelantur. Quod seipse iam propter Ecclesiam orbis terrarum, tibi profecto elementa ministrabant, tibi seruebant secula. Neque in alium usum quam seruandi constituendique tui, pelagus olim scindebatur, & petra fundebat aquas, & manna pluerat, & superbæ gætes colla subdiderunt, propter quæ Prophetæ, propter quam Apostoli. Quæ talis denique diuino ac omnipotente patris uerbo fundata ab initio, qualis nobis in fine apparitura, intra cuius etiam suum gætes quantumuis efferatæ congregant, quod mortui resurgunt, & obstinatissima quæque hostium cœdit rabies.

. A L P H A B E T V M

Cuius filii quod mirabiliter discentes sciunt, ad ea etiam quae  
 nesciunt, mentis oculos audent reuocare, qui maternae alimo-  
 niae, hoc est, intelligentiae uigore imbuti, tam apertas ma-  
 chinationes quam occultissimas quasque hostis euadunt insi-  
 dias, praeter qua una multitudinis impiorum interitus pro ni-  
 hilo est, cui ruinarum instar ratio noua est nimirum filiorum  
 multitudo, cui calamitatum praemia noui semper gaudiorum  
 successus, succedente nimirum ubique passionibus consolatio-  
 ne. Quae impatiens otii, ad sua subinde sufficit opera. Tu de-  
 linquentes quotidie sola Deo excusas filios sancti Iob, typo-  
 iam pridem etiam commonstrata, impiorum & quibus uer-  
 bo uapulas patiendo frangis impetum, quando innoxias ini-  
 micorum nimirum zelum pro scientia afferentium uoces ex-  
 cutis, qui dum persequendo profunt, amicorum iam sancto  
 Iob adpellatione censentur. Tum filiorum fami, inter tot  
 subinde humana peregrina documenta laborantium consul-  
 tura, adiecto ueluti peregre pane (ob hoc nauis institoris  
 comparata) doctorum implorato patrocinio filiorum, inui-  
 cto diuinitatis uerbo subuenis. Cui postremo impietas om-  
 nis succumbit, quod intra tua equidem pomeria bellator ille  
 inuictus, hostica nimirum arma, cornu, arcum, scutum,  
 uniuersum denique aduersantium bellum pridem confregerat.  
**SED** Ecclesiam sanctam Gregorius ab aduersariis suis per-  
 secutionem pati, aut uerbis, aut gladiis colligit, quo tam fo-  
 ris quam intus puto probetur, cumque uerbis persecutionem  
 sustinet, exerceri eius sapientiam, cum uero gladiis exerceri  
 eius patientiam, & ueniet profecto (inquit) tempus, quando  
 contra ecclesiam peruersi & carnales quod nunc occulta co-  
 gitatione moliuntur, aperta uoce depradicient. Veniet tempus  
 quando catholicam ecclesiam non solum iniustis uocibus, sed  
 etiam crudelibus plagis aduersarii premant. Equidem Gen-  
 tium gladios, & haeticorum linguas, duarum (quod apud  
 Apoc. xiii.) bestiarum sauitia innuens, ac quale (inquit) illud  
 tempus

THEOLOGICVM.

tempus persecutionis apparebit, quando ad peruertendū  
 fidelium pietatem, alii uerbis, alii gladiis ſauiunt. Eſt etiam  
 animaduertere ſanctæ Eccleſiæ ætatem, quibuſdā quaſi tem  
 porum interuallis dirimi, ut ecce paruula ſiquidē tunc erat  
 eccleſia, quando Synagoga Verbum uitæ prædicare nondū  
 poterat, hinc de illa dicitur: Soror noſtra paruula eſt, & ube  
 ra non habet. Adulta dicitur, quando Dei Verbo iam copu  
 lata, prædicationis myſterio filiorum procreatione ſœcunda  
 efficitur. De hac ſponſo dicitur Aduleſcentule dil. te. Vniuer  
 ſæ, quippe Eccleſiæ, quæ unam catholicam faciunt adoleſcen  
 tula dicuntur. GREG. Quin & Sunamitidis Heſtræ Iudith  
 typus eodem iam pertinet, ſed obſeruatam aliam eſſe, quæ  
 ſponſi aut patris uoce perpetuo commédatur, quæ Alnuth  
 nimirum abſcondita, aliã. Aliam quæ forinſecus accuſatur  
 adulteræ, aut meretricis, nonnunquam Apoſtatæ aut refrac  
 tariæ probæ. Itidem obſeruatam uniuerſum Eccleſiæ ſan  
 ctæ ſeculum interdū uita hominis, interdum anni, aliquãdo  
 menſis unius interuallo, nonnunquã hebdomadæ, aut diei  
 ſpacio commôſtrari. Equidem uita hominis cum ſponſam  
 audis dicentem: A iuuentute mea uſq; ad ſenectutem, aut  
 quod eſt apud Paulū, Iheſum ſub Eccleſiæ corpore apud Sy  
 nagogam paruulum ſub tutoribus & aſtoribus agere. Anni  
 porro unius tempore circumſcriptam, ut cum uidēs mien  
 tionem fieri ueris, æſtatis, hyemiſq; menſis ſpacio, quotiēs  
 Lunæ incidit appellatio, aut dierū etiã, utriuſq; rei exem  
 plum Dominus apud Euãgelium inducit, quando & fugam  
 noſtram hyeme diſſuadet, aut ſicut eſt apud Lucam, in die ple  
 næ Lunæ reuerſurum patremſa, in dômum ſuam, quod in  
 terpretans AMBRO. ait implete electorum numero, car  
 nem noſtram in eccleſia regenerari per incorruptionē, quæ  
 admodum anima regeneratur per fidem. Hebdomadæ my  
 ſterium totum creationis Eccleſiæ tempus continere, libro  
 Genetiſis docemur, Die uno ætas Eccleſiæ cōcluditur cū legiſ



## ALPHABETVM

mane meridiem, uesperam noctem, gallicantum auroram. Et nos profecto quodcumq; tandē Ecclesiæ cōclusit seculū, id utinā Auroram aut Sabbatū, aut Pleniluniū, aut ( uernum tempus liceat opinari) decet profecto magnanima & inuictæ matri confessione nostra assistere fauere ceptis, sed non aliunde, quam conuenit mutuatis adfectibus, neq; enim difficile certe propinquā regni Dei gloriā ad euentissimā mundi ruinam colligere, & cupere interim potius inter oppressos piorū cœtus, quam exultantes impiorū turmas inueniri, nisi enim passionum fuerimus socii, consolationū cōpotes nō erimus. Veh pereūtibus, & qui oderūt unitatē Ecclesiæ, qui patres sibi ( ut ait Bern.) faciūt in hominibus, nos certe illum audire decet, qui nos in uno (ut idē ait) Christo facere cōiuebatur. Etenim ne plene gratulemur auctis quantumuis in hanc speciē externis ecclesiæ rebus, Bernardus nos admonet dicens: Dilatata siquidē ecclesiā, ipsum etiā cleri sanctissimū ordinē & fratrem numerū super numerū multiplicatū. Sed tametsi multiplicasti gentē (inquit) domine nō magnificasti lætitiā dum nihil minus merito, hoc est, rerum profectui decessisse apparet, quam numero accessisse conspicit.

**E**gestas, peregrinationis huius malum.

**E** qui quod Apoc. ix. potestas nequissimorum prædicatorum.

**E** qui nomine, aliquando lubrica prauorū uita, aliquādo dignitas temporalis, aliqñ præparatio rectæ intentionis, aliquādo seculū, aliqñ sanctus prædicator, exempla reddit idem Greg.

**E** quus, ueritas & pietas iustorū, calcaneū equi nouissima dies uel sancti, qui illo tempore super equum, id est ueram fidem equitabant. **METHOD.**

**E** ruca, carnis luxuria, quod cū toto corpore in terram repit, humanū cor ( quod carnis libidine detinetur) & mentem ad superioris mundiciæ amorem surgere non sinit.

**Ae s,** longanimitas, constantia, perseverantiæq; effingit.

**Ae re** quoq; sententia aeterna signatur.

Aethiopia

## THEOLOGICVM.

- A** ethiopia, per Aethiopiam ob coloris nigredinē peccatorū populus foeditasq; demeritorū, aut speciatim gētilitas designat.
- E** lectro, mediator Dei & hominū, quod sicut illud auro atq; argento misceat, ita in eo hūanitati diuinitas copulata. **DION.**
- Ae** quorum figura, obedientia in sanctis angelis.
- E** uigilatio Dei, attentio prouidentiae ipsius ad creaturam.
- E** sca, quae uim habet pficiendi quos nutrit, imperfectū atq; indigentia replēs, uitā custodiens, uitalem quoq; iucunditatem largiens. **Idem.**
- E** noch (quod dedicatio interpretatur) ex iustis septimus oris, quia iustorū uitae festa dedicatio in finem seruatur. Sed quod Caym primū filiū suū uocat Enoch, atq; ex eius nomine ciuitatem quā cōdidit adpellat, hoc est, quod iniqui se in primordiis dedicant, quia in hac uita quae ante est, cordis radicē plantant, ut & hic ad uotū floreāt, & a sequēti patria funditus are-
- E** narrat deus, qñ hoc quod de aeterna ei<sup>9</sup> sapiētia (scant. Greg. species patris & uerbū dicit, ab hūana mente penetrat. **Idem.**
- Ae** quitatus dei (quod in Canticis) in curribus Pharaonis, nempe pulchritudo & gloria gentiū in Ecclesiā transposita. **A D.**
- Ae** gyptus, seculum, primogenita quoq; Aegyptiorū dogmata philosophorum. **HIERON.**
- Ae** gypti plaga, mūdi percussioēs. Ad id quod Apoc. 8. & 9. cap.
- Ae** gyptii, contrariae potestates. **Nazian.**
- E** noch translatus, Quod perfectus homo in Deo est, qui periculis multorū colloquia fugit, is autē hominibus inuisibilis est, neq; ab ipsis facile inuenit, qui Deo charitate cōiunctus ab eo solo noscit, hūc Hebraei Enoch appellant, quod nomē latine gratiā Dei signat. Is enim ambulans cū Deo nō inueniebat, quia uirtutē eius trāsposuit eū Deus. Si enim forū, curiā, theatraq; aliquis sequit, in ipso malignitatis pfundo submergat, necesse est. Huius solius mutationē diuinitus mihi cōcedi malim, quam omnium simul, qui uirtutis cultores apud gentes narrantur. **Hæc Eusebius lib. vii. de præpa. Euangel. Cap. iii.**

## ALPHABETVM

## F.

- F**acies, per faciem notitia.  
**F**ames, Verbi sitis, fidei symbola. Origenes.  
**F**auilla & cinis, est poenitentia post contemplatam Dei essentia adsumpta.  
**F**ruges, mysticum & medulla sacri eloquii.  
**F**lamma oris Leuiathan, est instigatio occultae locutionis intra corruptum animi desiderium ardentis.  
**F**alx, scriptura, falce quoque iudicium Dei designatur.  
**F**rigus, iniquitas, quia peccantis mentem torpore costringit.  
**F**lumen, humani generis aut seculi decursio.  
**F**unis, scriptura sacra, per funem quoque aliquando peccatum, aliquando fides signatur, ut funes ceciderunt mihi in praeclearum peccatum, ut funes peccatorum circumplent, sunt me.  
**F**uniculus, fors, aut haereditas, ut duplex funiculus Ioseph.

## ADDITIO.

- F**ulminum adpellatione, tremendae extremi iudicii sententiae designatur, quae dum reprobos feriunt, in perpetuum succedunt.  
**F**ulmen, eloquentia christiana. HIERO.  
**F**ulgura, qui corda audientium accendunt.  
**F**lumina, quibus corda audientium irrigantur.  
**F**ulgura reuertentia, quod apud Iob, qui post contemplationis gratiam & actiuae uitae mysterium, ab externis bonis ad internam contemplationem reuocantur.  
**F**ons uitae, Verbum Dei.  
**F**lumina labentia, huius mundi temporalitatis momenta.  
**F**lumen, eo quod defluit, uita praesens aut seculum.  
**F**ontes & torrentes disrupti & siccati flumini Aethan dicitur. Quando fortior dominus gentilitatis exhaustit scientiam, dum in Apostolorum suorum cordibus fluentia ueritatis aperuit, de quibus dictum, Haurietis aquas in gau, de fontibus saluatoris.  
**F**erarum immanitas, Gentium efferata crudelitas. ADDI.

Frenum

THEOLOGICVM.

- F**renum, inhibitiō prædicationis, siquidē Equus prædicator.
- F**olium, homo qui in similitudinem tentationis uento circumfertur.
- F**undamētum terræ, fidei claritas, de quo in Apoc. ipsa uero ciuitas aurum mundum.
- F**lumen, aut torrens, inundatio Spiritus sancti.
- F**rumētum, sacri eloquii pastio.
- F**errum, uitæ præsentis necessitas, unde scriptū, Ferrum pertransiit ani. eius.
- F**errum, uirtus fortitudinis. Greg. ut peritus annotat ferrum armaturæ, sapientis symbolum est.
- F**luctus, cogitatio. Greg. A mari ad seculum, aut seculi hominem tralata signifi. **ADDITIO.**
- F**œnum matescens, uita carnalium. A contrario sensu herba uirens uita spiritaliū. Vnde (quod apud Iob) fœnū comedere Behemotū, sicut bos appetit, quia suggestiōis suæ denique contere mundam uitam spiritalium quarit.
- F**lamma ignis, seruor desyderiorū. Flāma suggestiō diaboli.
- F**umus de naribus Diaboli (quod apud Iob) procedere dicitur, quia miraculorum Antichristi insidiis, caliginosa ad momentum dubietas, etiam in electorum cordibus generatur.
- F**ons, sancta scriptura, quæ aqua sapientiæ, potantes reficit.
- F**umigans linum, patientiæ longanimitas in Christo
- F**ilius hominis uermis uocatur, quia ex putredine per natiuitatē, uenit primus quippe homo putredo, secundus uermis.
- F**ilii, qui prædicatione generantur, de quo scriptū: O q̄ pulchra & casta est generatio.
- F**istulæ aris in corpore Antichristi, qui reliquos, ut ossa carnē sustentant.
- F**rumentum, spiritale opus, quod mentem reficit. Ordeum terrenarum rerum dispensatio.
- F**ilia syon (quod in Canticis) Ecclesiæ. Greg. Filia Syon Ecclesia. **ADDI.**

## A L P H A B E T V M

- F**alsiloqui; carnales qui (quod apud Iob) aduersus Ecclesiam suscitatur, dum in ea multi sunt, qui de aternitatis promissione diffidunt, & tamen se fideles esse mentiuntur, qui dum prædicationi eius aperte contradicere non præsumunt, quasi post dorsum feriunt idem postmodum in tempore malitiæ, quod confessionis uerbis fidei, apertis uocibus obsistunt.
- F**luctus maris, in bonorum nece sæuiens mundi huius amaritudo.
- F**umi uirgula (quod in Canticis) sancta Ecclesia quæ sicut uirga ex aromatibus ascēdit, id est, quia ex uitæ suæ uirtutibus, interni rectitudine incēsi, quotidie proficit.
- F**lumen, mobilitas cordis humani. Qui enim arbor fuit, in paradiso conditus, foliū & semetipso factus est in tentatidē.
- F**ructus actio. Vnde per Dominum dicitur: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Neq; enim pensanda sunt, quæ ostenduntur in imagine, sed quæ seruantur in actione.
- F**latus Dei (quod apud Iob) animaduersio iudicii eius, etenim cum flamus, aerem ab exterioribus introrsum trahimus, & hunc statim exterius reddimus, flare ergo Deus in uindictæ retributione dicitur, quia ab exterioribus causis introrsus iudicii cōsilium concepit, & ab interno consilio, extrorsus sententiam profert. Sicut enim nos cum irascimur, flatu furoris inflammamur. Sic post longam patientiam Deus quandoq; uindictam peccatoris exequitur.
- F**ater primogenitus filiorum Iob, in cuius domo conuuantur reliqui, fides est, quia uirtutes reliquæ nisi sapientiæ fideiq; epulis refertæ sunt, uirtutes esse non possunt.
- F**auum cum melle Sponsus (quod in Canticis) comedisse dicitur, quando desyderium sanctum cum sanctis operibus latens perficit.
- F**icus (quod in Canticis) qui moribus suauiores sunt. Vineæ, qui spiritu feruentiores. Alioqui & ficus & uinea ad uniuersitatem populorum sanctæ ecclesiæ pertinet. **BERN.**

Filius

## THEOLOGICVM.

**F**ilius quod patitur, nobis patitur, quibus ob uerbi afflictio-  
nem figurâ dari oporteret. Nazian. quod dum in eius simili-  
tudine cõponimur, pari passionû tormêto obiiciendi simus,  
pari gloriæ apti, ideoq; Paul. dixit suppleo ea in corpore meo  
quæ defunt ad passiones Christi, subiectio filii ob Ecclesiam  
dicif, cû illa nihil speriu, nihilq; adulterinû habens, syncerû  
germanûq; populû Deo offeret. Sic post consumatas passio-  
nes dominus, post resurrectione suâ, post ascensionē in coe-  
los, ubi Paulum furere uidit aduersus Ecclesiam, quid me,  
inquit, persequeris, proprias sibi faciēs Ecclesiæ passiones.  
Itaq; deinceps Paulus ubi ecclesia subicitur, Christum dicif  
subiici. CHRYSOST. Proinde Christi subiectione (quod  
Ecclesiæ) noua quædam filii propter incarnationem uita in  
Ecclesia censenda. ADIECTIO.

- G**
- G**alli, prædicatores sancti, inter huius mundi tenebras ue-  
rum mane nunciantes.
- G**emma seu lapides, sanctorum & fortium mentes,
- G**emmarum per colores diuisio, uirtutum & meritõrû in san-  
ctis distinctio. ADIEC.
- C**utta, myrrha, & Casia, uirtutum suauitas.
- G**enu, quod recta operatio. Genæ uerecundia.
- G**igantes, elati quiq; seculi. Gigâtes gemere (quod apud Iob)  
sub aquis dicunt, quando elati dum bonorû celsitudinē asse-  
qui cupiunt, gemunt sub ponderibus populorum.
- G**elu, uel glacies, frigida perfidiæ torpore corda Iudæorum.
- G**ramen seu pastû, scriptura illud uiriditatis æternæ pabulû uo-  
cat, ubi iam nostra refectio nullius ariditate defectus marce-  
scit. Quâdo Ecclesiæ uoce cuiuslibet nostrû dicere licebit, in lo-  
co pascuæ eius ibi me collocauit, quod reciproca coeli superi-  
oris ad terras similitudine.
- G**radus, incrementa uirtutum. Gradus uirtutum ab ordi-  
ne certaminis sumuntur, sicut, si quis ignorans ordinem

## ALPHABETVM

**V**ertantinis, edomare gulam negligat, & iam ad spiritualia certamina adfurgat.

**G**rando, quod resistentia aduersariorum pectora prædicationis uerbis quasi quibusdam grandinis ictibus percutit. Grando quod ueniens percutit, liquefacta rigat, ideo thesauros (quod apud Iob) in se habere perhibetur.

**G**ressus, operatio.  
**G**ressus, uirtutis impii, uires malitiæ ipsius. Greg. Ingressus quoq; Dei uirtus impertientis bonitatem suam Dei uidetur.

### ADDITIO.

**G**ladius, per gladiû in scriptura, aliquando sancta Verbi prædicatione, aliquando æterna damnatio, aliquando antiqui hostis persuasio designatur.

**G**ladius, accusantium lingua Iudæorum.

**G**uttur sponsæ (quod in Canticis) prædicatione sancta.

**G**ustus, intelligibilis alimonie. **DIONYSIVS.**

**C**emmarum species coloris uarietate distincta, si candidè nitorem lucis, si rutilæ speciem ac officium, si fuluæ rutilantis auri uim, si uirides uigorem iuuentutis enunciant. Idem.

**G**lebæ, diuersitas populorum unitate fidei, in unam Ecclesiæ massam compactorum.

**G**rando, corda Iudæorum, aut libera malorum prædicatione.

**G**rando, frigida, duraq; prauorum corda, libera quoq; sanctorum increpatio, natura grandinis cõuenienter exprimitur.

**V**nde dictû, Præfulgore eius in conspectu eius nubes transfusa. Grando & carb. ignis. Quia pinde prædicatores sancti uniuersa mundi spatia miraculorum claritate percurrunt, quidam prauorum mentes per correptionem feriunt, flamma charitatis accendit. Aqua quoq; (quod apud Iob) in Gelu uersa, quia eunte post Deum mundo, Iudæa inuidia pigra remanserat. Vnde scriptû: Flante Deo, concreuit gelu, post gelu quoq; Dominus latissimas aquas fundit, quia dum Iudæorum sauitiam pertulit, eorum corda ab infidelitatis duritia

## THEOLOGICVM

- ritia ad obediendum sibi cogit. Propter quod scriptū: nun-  
quid mosti thezauros niuis & grādinis, & rursus, Flauit spiri-  
tus eius, & fluent aquæ.
- G**urgussium piscium. Ecclesia. Sagenæ ecclesiæ fidelium, quæ  
unam Ecclesiam catholicam faciunt.
- G**radus, per quos ascenditur, ut ad cœlestia obtinenda ueniat.  
Scala uide infra S.
- G**eneratio cœlestis, æterna prædestinatio est, qua electos suos  
Deus dilexit. Vnde est illius sententiæ ueritas, Omnis qui na-  
tus est ex Deo, nō peccat, quia generatio cœlestis seruat eū.
- G**igantes, Dæmonum superbia.
- G**lebæ, glebæ auti (quod in lib. Iob) collectiones singulorum  
ordinum ac multitudines in sanctis.
- G**larea, uita prauorum. Glarea proinde Cociti (apud Iob) qui  
suis uoluptatibus dediti, quasi à flumine semper ad ima de-  
trahuntur.
- G**uttur hypocritæ, cogitatio quæ non profertur uoce.

## H

- H**amus, æsca, Hamus Diabolo, incarnationis Domini  
mysterium.
- H**asta, prædicationis iaculum.
- H**astæ & secures in sanctis angelis, uim dissimilia diuidendi ac  
discernentium habilitate m, efficaciamq; signant, DION.
- H**umeri atq; ulmæ, & manus faciendi ac operandi, strennuam  
& potentissimam uim in spiritibus referunt. Idem,
- H**asta contorta prædicationis uerba. Greg.
- H**ædus, prauis ac petulantes carnis motus, quos Ecclesia spon-  
sæ uoce ac nutrire iubetur, pasce hœdos tuos. Greg. & Hœdi  
ad sinistram iudicis statuuntur. ADDI.
- H**yems, uita præsentis seculi. Hyems, legis autoritas.
- H**omines, qui carnalium sectatores scripturæ dicti.
- H**erba terræ, iustorum progenies, quod Apoc. ix.
- H**ortus sponsæ, sancta Ecclesia, dum populus iustorum quasi



## A L P H A B E T V M

- fructus gignit. Hortus fructificatio uirtutum.**  
**H** ostium, os nostrum.  
**H** ostium, Christus.  
**H** ostium domus, custodia méris, de quo Salomon dicit: **O**mnis custodia serua cor tuum.  
**H** yacinthus in templo, spes caelestium, purpura, cruor, ac tolerantia passionum, amore regni incorruptibilis exhibita.  
**H** omo, scriptura hominis appellatione **C H R I S T V M** seu iustum hominem conditum aliquando innuit, aliquando **A N T I C H R I S T V M**, seu prauaricatorem: Christum cum legis, exiuit homo ad opus suum &c. Antichristum ibi, **H**omo cum in honore esset, non intellexit. **A D I E C.**  
**H** iades, doctores sancti.  
**H** olocauftum Deo dare, est mentem totam igne compunctionis incendere.  
**H** omo mens & sensus, caro & spiritus, uisibilis atq; inuisibilis, substantia, discretata, & contraria sibi, ex quibus animal unum homo quae eadem sicut olim caelestis ille seu intelligibilis, rursusq; materialis mundus intra terminos constiterant proprios, sed ut sibi conueniant, sic diuina bonitas coniunxit, facta ex utrisq; temperamento post contrariorum mixtionem & uarietatis cognitionem, cum enim nondum bonitatis diuinae diuitiae omnes essent cognitae, utrunq; alteri attemperauit, uniuersum simul intelligibilis ac materialis mundi corpus contingens, simul hominem fabricans uisibili atq; inuisibili natura, a seipso uitam immittit, quam quidem animam rationalem & Dei imaginem scriptura adpellat, eum tanquam secundarium quendam mundum in terra statuit, angelum alium, cultorem mixtum, uisibilis creaturae spectatorem, inuisibilis autem mystem, temporarium & immortalem, spiritum & carnem. Hunc ergo hominem in paradiso collocauit, quando illum libero arbitrio honorauit, nudum simplicitate & uitae innocentia, immortalium Planetarum colonum, id est, diuinarum cogitationum satorem, spiritum & carnem, spiritum propter

## THEOLOGICVM.

propter gratiã, carnem propter elationem, illud ut secũ ma-  
neat, ac benefactorẽ glorificet, hoc ut patiatur, instruatũq̃,  
quo ad magnitudinẽ enitatur animal quod hic formẽ, alio  
uero transformetur, & quod finis est mysterii, si ad Deũ au-  
thorem declinauerit diuinitatem assumat. Propter quẽ etiam  
instruendum Homo deus factus, ut quibus esse dederat, eti-  
am bene esse conferret. Nazian.

**H**omines, uiri perfectã uitã.

**H**omo, alias humana sapiens. Greg. indeq̃ filii hominũ dicti  
peccatores. Hominis proinde adpellationẽ scriptura, aut iusti-  
tia, & innocẽtiã statũ, aut iniustitia & peccato perpetuo diri-  
mit, equidẽ iustitia cũ legis, Ne des hoĩem in humilitatẽ, aut  
illud, Beatus uir qui nõ ab. in cõ. imp. Aut illud. Filius ho-  
minis quẽ confi. tibi. Iniustitia, cũ audis, Exurge dñe non  
confortet homo, aut illud, Accedet homo ad cor altũ, aut il-  
lud, Tu uero homo unanims dux meus. Prior est proto-  
plasti ante lapsum, deinde in Christũ translata cõditio, Al-  
tera adpellatio protoplastũ, post lapsum (aut qui ei peccator  
succedit) exprimit. Tertia & peculiaris adpellatio est homis  
ante legẽ datã, agnitãq̃ cõditi, qui quod animalis & concu-  
piscẽtia fertur, ac neq̃ merito neq̃ demerito censet, bestiarũ  
aut iumentorũ adpellationẽ fortis. Vnde scriptũ: Homines  
& iumenta saluabis Domine, & rursus, Tu das ascã illorũ in  
tẽpore opportuno. Hęc est gẽtilitas, ad quã regulã si **LIBE-  
RVM HOMINIS ARBITRIVM** exquiris, de priõ  
re quidẽ dictum, Reliquit hominẽ in initio in manu consilii  
sui, hic erat innocentia status protoplasti liberũ haud dubie,  
sed per gratiam obtinentis arbitriũ, propter seruata nimirũ  
obediẽtiã legem, qua charitatis lex gubernatur. Alius est,  
qui cum se lapsum arbitratur, scit non esse in sua potestate  
non peccare. Scio, inquit, Domine, quod non sit in ma-  
nu hominis uia eius, de homine lapso intelligens, quam-  
uis idem in statu iustitiã seu poenitentiã positus, accusator

## ALPHABETVM

tamen sui existit, & liberum arbitriū Deo fert acceptum. Sed  
 arbitrium boni operis peragendi, ac uoluntatem qui pecca-  
 tor siue impius decernitur obtinere nō potest, eo quod pro-  
 iectus sit a facie Dei, de quo dicit scriptura: Peccatorē odit  
 Deus, & Iniquus non appropinquabit ad me. Itaq; siue labi-  
 mur, & ab innocentia desciscimus, nostrā uoluntatis dicta,  
 mine labimur, & potestatem liberi arbitrii sponte abiicimus,  
 siue post carnis culpam edomita per legem concupiscentia,  
 statui innocentia, seu poenitētia restitui mur, quod illi Chri-  
 stianam libertatem defendant, si quando patris gratia tra-  
 sti arbitrium recuperamus, itaq; nostrā existit uoluntatis ac  
 potestatis malum operari. Diuini autē est operis, quod bo-  
 num operamur, sua proinde opera misericorditer in nobis  
 remuneratur Deus, & nostra idem demerita non iniuste pu-  
 nit, quippe ob transgressionis culpā plectens. Ad hunc mo-  
 dum constare potest liberi arbitrii uirtus, nō communi sen-  
 su, sed scripturæ documētis dignoscenda, & his modo præ-  
 sciētiam Dei interponere atq; obtendere, humanā est curio-  
 sitatis, præsciētiam ad te nihil pertinet, tu cura, ut ad diui-  
 nam Euangelii tubam, intra Ecclesie septa (quod in præde-  
 stinati) inueniaris, & promissionū Christi haud dubie par-  
 ticeps fies, quod sicubi lapsū te ueris iugiter adsumpta  
 poenitentia, emendabit culpam, per auditum Euangelii po-  
 tes restitui, hoc si negligis, tibi imputa damnationem. Ad  
 hoc C. placuit, de con. di. iiii. de eodem Greg. commentario  
 in Iob. xvi. cap. xxxvii.

**H**erba, per herbam dicta pleniora. Herba. xxxix. Lu. i.

**H**erba tenera, & terræ proxima bene inchoantiū uita, herbas  
 mandunt reprobis, cū infirmorū initia irridendo consumūt.

**H**erba montium, uoluptas fluxa superbiorum.

**H**umerus, socialis coniunctio.

**H**ierusalem, pacis uisio ecclesie typo interpretatur ad mora-  
 litatem, idem & assumitur ad literam. **A D D I.**

Hostia

## THEOLOGICVM

- H**ostia, uirtutes.
- H**umus populi Dei, electorum omnium mentes, Vnde scriptura, Super humum populi mei ascendunt spinæ & uepres: ac si dicat, si & illorum mentem uitia deprimunt, qui se pro cœlestis patriæ desyderio adfligunt, quibus culpis substrati sunt, qui sine ulla formidine sese in carnis uoluptate derelinquunt.
- H**ostia de animalibus, sacrificium de aridis, libatio de humidis, oblatio est. **ADDI.**
- H**ostia legis immolandæ hic erat ritus, ut Sacerdos membra hostiæ in frustra concisa, caput atq; ea quæ circa iecur sunt, iubeatur ignibus cremare, pedes uero atq; intestina hostiæ prius aqua diluere: quo ritu nos ipsos sacrificium Deo offerimus, cum uitam nostram cultui diuino dedicamus: membra hostiæ per frustra concisa super ignem ponimus, cum uitæ nostræ opera, uirtutibus distinguentes immolamus. Caput deinde atq; ea quæ circa iecur continentur, accendimus, cum in sensu nostro quo omne corpus regitur, atq; in occultis desyderiis flamma diuini ardoris ardemus. Præcipitur autem, ut pedes & intestina hostiæ lauentur (quod pedibus terra tangitur, intestinis uero stercora gestant) quia plerunq; cum iam aternitatis desyderio succedi mur, & ad mortificationis sensum inhiamus, terrenum aliquid pro infirmitate agimus, & quæ subegeramus illicita, adhuc in corde teneramus, deinde cū nos immunda cogitatio inquinat, quid aliud, quam intestina nostræ hostiæ stercus portant, quod primum stercus diluit, deinde amor in creatorem accendit, cum nihil terrenum aut lubricum in ara orationis imponit.
- H**umentia loca, in quibus Behemoth (quod apud Iob) dormire dicitur, terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis fluxas efficit.
- H**omø, minor mundus, ad quem cœlum, terra, infernus, & mare referuntur, ut ipse sit cœlum, cum iam per desyderiū

summis inhæret: ipse infernus, cū tentationū suarū calligine perturbatus, in infimis iacet. Ipse terra, quia in bono opere fixæ spei ubertate fructificat. Ipse mare, quia in quibusdā trepidus quatitur, & aura suæ mobilitatis agitur. **GREG,**  
**H**ebdoada præsentis seculi. Ocdoas resurrectionis tēpus. **Greg.**  
 Hebdoas ab hebdomade & ope sex dierū (quod in Genesi) typico desumpta appellatiōe mystico certoq; annorū numero expressum tempus, cui eadē significatione succedit quæ Ocdoas: dicta uocabula simplici quāuis, sed abstrusa nobis significatione, sic puto elata, ut sicut olim synagogæ, ita hodie Ecclesiæ seculum, quodammodo terminent, uniuersum (quod uerbo constat) creationis mysteriū interuallis suis amplexa: quod si ita est, Hebdoas septenarii sui calce, Sabbathū legis demonstrat. Octauus deinde dies, succedentis est seculi octonario cōclusus seculorū numero, Qui duo Centenariorū numeri simul iuncti, quindenariū efficiūt, totius seculi corpus cōnectentes, quod mysterium, ut ab synagoga ad ecclesiam trahere nō dubitemus, superiores testamenti admonēt typi, & facit post alia Domini uox dicētis, nō transiturū apicem unum de lege & Prophetis, quin omnia superioris Testamenti inter Euangelii prædicationē apud ecclesiā eueniant, similitudine utiq; gestarum rerum, itaq; in hunc usum dilapsam pridem tam Danielis, quam aliorū prophetarū uisionem restituit. Sensere hanc ueritatē Veterum non pauci, & **TERTVLLIANVS** adeo, inquit, legē & Prophetas Dominus nō destruebat, ut quæ a lege & Prophetis prædicata, cum prædicauerint Apostoli Euange, fieri oportere, insinua-  
 ret, unde si baptista legis & prophetiæ terminus Domino dicitur, ad cuius nimirum tempora, lex apud Synagogam & prophetia porrigebat, aliam exinde legem, aliamq; ut ita dicam, prophetiam expectare conueniebat, ueteris per omnia Testamenti typo introspectendam: quod cum lex tota & Prophetia tam a parte loquantur, ut noui Testamenti uocabulum

THEOLOGICVM.

bulum sine noua ( quam Christus prædixerat ) Lege & prophetia constare non possit, aut equis, aut cete similibus temporum spatiis synagogæ atq; Ecclesiæ atatem circumscribere conueniat: igitur cū hebdoadem legi octoadem prophetiæ deberi uelint, si simile iam quiddā post emensa tot apud Ecclesiam secula exquirendum, quod in Synagoga obseruatum: neq; enim Dominus cum legem & prophetiam inducit ceremoniosam legis obseruationem, sed historiam Anagogicamq; restituere putandus. Ac siue rerum iam gestarū fidem consulimus, multa nobis necessario quibus eodem instituiur incurrunt, siue annorū ipsum numerū captamus, uidetur posse hebdoadem atq; octoadem Centenariis M. D. constare, quo circa multa nos exactæ iterum apud Euangelium legis & prophetiæ suspitio inuadere debet. Ea uestigatio neq; inanis, neq; incomprehensa similibus euentis rerū subnixis, sed neq; contemnenda ( siquidem huius mysteriū perdiscendi gratia Paulum se Hierosolymam ad Petrum contulisse proditum) id quicquid, erat certe utriusq; Apostoli scripta legis prophetiæq; in nouum Testamentum transpositio nem subinde contestantur. Petrus quando propheticum sermonem ( apud Synagogæ calcem ) lucernæ caliginoso in loco lucenti comparat. Et Paulus ad Ephesios orditur, in fine superioris seculi, siue in dispensatione plenitudinis temporum, proposuisse Deū restaurare omnia post Christum, quæ per ipsum esset in cœlo & in terra, & ad Roma. scribens ac Israhelitarum adpellationem in Gentes transfereus, ob hoc illos radicem aut oliuam, aut surculum, hos arborem & oleastrum adpellat. Hebræorū Cabalistæ ( quorū est cognata ueluti & cōsanguinea scripturis traditio ) legis ac prophetiæ allegoriā tractātes, hebdoadis siue octoadis mysteriū sic post alia exprimunt, quando post septē pœnas septem deinde remissiones ad Septimam ( quæ est Iubilei ) tubam consequi

## ALPHABETVM

dicunt. **CYRILLVS** ille Theſſalonicenſis, idem Morauoru  
 Archiepiſcopus, qui & Conſtantine philoſophus, uaticinia  
 ſua (quorum fragmenta legimus) in Eccleſiam ab Synago-  
 ga typis mutuatus, Eccleſiam ob hoc puto heptigramm ad-  
 pellauit. **METHODVS** in Chiliaſum ſuaru expoſitio-  
 ne magnam mundi Hebdoadem adpellat, duplicatum tre-  
 centorum opinor quinquaginta octo annorum ſpacium.  
 Octoadem quoq; ſpacium octo ſeptimanaru annorum di-  
 xit, myſticos illos ſuos millenarios Hebdoade Quintum,  
 Octoade Sextum, concludens: hoc myſterio ſi quis xv. tem-  
 plo gradus adieſtos ſextodecimo adſcenſu, Tabernaculum  
 quoq; baſibus ſexdecim ſultum, aut apud Apocalypſim ſta-  
 dia ſexdecim eodem accipit, nihil moror, ſed & ipſum ſur-  
 gentis Eccleſie Chriſti initium, quod poſt aduentum Domi-  
 ni cum nubibus, non niſi ab expletis Danielis hebdomadi-  
 bus ſumendum putem, quas Eufebius Pamphili regno Ne-  
 ronis Caſaris terminatas admonet. Tertulianus notat eos,  
 qui octoadem in diem atq; noctem partirentur, non ita ab-  
 ſurdo, ut ego puto, aut diſſono Prophetiae atq; Apocalypſi  
 ſenſu, tametiſi uocabulo inuſitato. Quod autem ſcriptu eſt,  
 da domino ſeptem & octo, Gregorius morali allegoria ſepte-  
 narium praſenti uitae, Octonarium futurae tribuit. Et alibi  
 interpretatur, ſic diſpenſanda temporalia, ut non obliuiſca-  
 mur aeternorum. Licet tamen etiam opinemur, totu homi-  
 nis aeuum, quod hebdoade per proſpera, Octoade per ad-  
 uerſa partiendu Deo dicandum: ſi meliora pluraq; alius huc  
 afferet, equide congaudebo ſpiritali intelligentiae, & meum  
 putabo quicquid ad me inde redire poterit. Illud adiciamus  
 & Moſe ſeu lege tradita ad Chriſtum, totidem fere fluxiſſe an-  
 nos, quot & Chriſto ad hoc ſeculum computamus. Quippe  
 M. D. Astrologica etiam ratione mundi fatum & hebdoadu  
 myſterium inueniri poſſe, equidem ab Octauae ſphaerae tran-  
 ſitu, relapſuq; & Solis augem per aras temporu ueſtigian-  
 tibus.

tibus. Qua in re post ueteres & Ptolemaum multi laborant, dum millenariis perperam acceptis astrologica coaptant. Sic Iohannes Parisiensis, sic Petrus de Aliaco halucinati. Nec paruo studio inquit Verneherus Noricus. Ego uel ad Chaldaeos & Arabes eundem opiner, minime autem faller millenarium ratio annorum D c. L X I X.

**H**ebdoadis autem atq; Octoadis rationem, ut rem tibi quam crassissime, quod ex scripturis discimus, explanemus. Est hebdoas dierum, est mensium, est annorum, est deinde septies multiplicatorum annorū, qui Iubileus dicitur. Septies quoq; multiplicati Iubilei hebdoadem efficiunt suam. Est & Centenarium hebdoas, quæ millenarii mysterium exple re defendi potest. Est postrema millenariorum hebdoas, uniuersum creationis & minorum hebdoadum mysterium complectens. Quam magna etiam Octoadis excipit, futuro quodq; (ut Hebraei ponunt) sine uespera Sabbato debita. Hoc hoc illud iam huic propinquum seculum hoc desyderatum seculis propter quod mundus concreabatur Dei REGNUM, quo Paulus cessare atq; euacuari prophetias innuit, & potestatem rursus (ut Daniel ait) accipiat populus sanctus, qui in altissimi protectione comoratur. Qua de re non tantum prodere phas est, quantum scire licet, seruient attamen impia Mahometanorum natio, atq; hypocritarū prauitas iustis ac fortibus, ac omnes in hoc tempus Ecclesiae factae promissiones sine obstaculo succedent. Scripturae sensu eloqui conamur, neq; perperam accipi dicta uolumus.

**I**

**I**Aspis, eo quod uiridis, signat eos, qui interiorum desyderiorum inertia non marcescunt, idem omnium colorum esse perhibetur.

**I**bices. praedicatores sancti ex Gentibus,



## ALPHABETVM

**I**gnis, zelus. Greg. Ignis iræ & uindictæ Dei. Vnde scriptum,  
Exarsit sicut ignis ira tua. **ADDI.**

**I**gnis, probationis. **METHOD.**

**I**gnis, luxuria carnis. **CYRILLVS.**

**I**gnis, uictorum, aut carnalis intemperantiæ. Greg.

**I**gnis, lex. Esdra teste lex inquentis ignis comparata est.

**I**gnis, iudicii dies. **TERTVLLIA.** Nouerunt, inquit, &  
Philosophi diuersitatē publici & arcani ignis, ita longe ali-  
us est, qui usui humano, alius qui iudicio adparet.

### DIONYSIO.

**I**gnis, diuinæ imaginis speciem in angelis refert, ob illumi-  
nandi & calefaciendi uim, quodq; diuinæ proprietatis in re-  
bus uisibilibus plurimas seruat imagines.

**I**gnis similitudinem, aliter cū de Deo (qui omnē intelligen-  
tiam superat) dicitur, aliter cū de intellectualibus eius pro-  
uidentiis, aliter cum de angelis enunciatur, oportet accipe-  
re, ac priorem quidem illam imaginem secundum causam,  
sequentem uero secundum substantiam, tertiam secundum  
participationem, & non temere ac passim sacra signa misce-  
re, sed ea congrue causis, substantiis, uirtutibus, meritis, ac  
dignitatibus discernere.

**I**gnita eloquia Dei, quod intelligibilia. Idem.

**I**nfinitem dupliciter consideratur, & secundum initium, & se-  
cundū finem: quicquid enim super hæc est, nec in illis con-  
tinetur, infinitum existit. Nazian.

**I**ra in Angelis, significat masculam illorū rationē & sapientiā,  
adhæc habitum in diuinis atq; immutabilibus rebus constā-  
tem, & perpetua firmitate locatum.

**I**nebriatio Dei, immensitas intelligentiæ. **DIONYSIO.**

**I**ra Domini, uocatur bonis actionibus infirmari. **GREG.**

**I**ra punitionis & uindictæ iudicii.

**I**uramentum proferre, est uoto nos diuinæ seruitutis alligare.

**I**ordanis, fidelium mens baptismate imbuta.

Idolum

## THEOLOGICVM.

**I**dolum, quod imitando colitur. **BERN.** Mentior, si non idolorum seruitus auaritia est, si non in quibusdam etiam uenter suus factus est deus: quod enim quisq; præ cæteris colit, id sibi Deum constituere probatur.

**I**n auris, obedientia, quæ partim auri, partim in auris symbolo figuratur, ariolationis crimini scripturæ sensu opposita, quæ & uetitæ arboris esu, sub infidelitatis typo notatur. De hac Gregorius admonens dicit: Sciendū summopere, quod si obedientia de suo aliquid habeat, nullā esse: aliquando autem, si de suo aliqd nō habeat, minima est, nam tum huius mundi successus percipitur, atq; animaduertitur, cum locus superior imperatur: itaq; qui ad percipiendā illa quæ rerum successus & loci altitudo suasit, obedit, is obedientiæ sibi uirtutem euacuat, neq; enim sub obedientia esse potest, qui ad percipiendā huius uitæ prospera, libidini propriæ ambitionis seruit. **GREG.**

**I**gnobiles, qui dum supernam sapientiā fugiunt, seruet, ipsos sequuti, quasi in abiectæ prolis uilitate, sopiuntur.

**I**srahelita, qui populi Dei nomine scripturis perpetua adpellatione censentur, credētium multitudo, super quos nimirum inuocatū est nomē Dñi, ut Esa. xlviii. & ad Rom ix. **ADD.**

**I**mago Dei, homo dictus, qui ad quid, & a quo sit creatus, conspicit, & consideratione acceptæ imaginis (quantumuis peccet) originis tamen reminiscitur.

**I**mago, imago siquidem patris, filius est.

**I**ugū oneris, gētilitatis ereptio. Virga humeri, cū diaboli percussio cohibita, sceptrū exactoris, debita q̄ a gētibus exigebat trī

**I**mbres montiū, uerba sublimitatis doctorū. (buta poenarū,

**I**ncus, Leuiathā, quia malleo (hoc improbis) nos super illo persequente cōponimur, ipse autem cum semper uapulet, in uas utile non formatur.

**I**nocrita, latina uoce simulator. Greg. Inocrita p Struthionē signatus, qui pēna spectabilis, ad uolatū inutilis pede asinino

- ALPHABETVM

**I**mole corporis magna, sed inutili, cui pennarū pompa oneri est, idem opacitatis amicus, & ad ostentationem tantum factus. Cyrillus in Quadripertito Apologo.

**I**ustus, qui per fidem uendicatus & seculo, uiuit Deo, de quo Paulus, Nostra conuersatio in cœlis est.

**I**ob, dolens interpretatur, Iob passiones redemptoris nostri, eiusq; corporis, id est, sanctæ Ecclesiæ, sua passiōe signauit. Idē fidelis animæ typus, qui quod aduersantibus amicis non cedit, hoc iam bellum perfert, sciētiam illorum actione sua & exemplo exprimens, illis siquidem scientiam sine zelo afferentibus, zelum confessione sua comprobante, nihil ad se pertinere, ne ad Iob quidem putantibus, quæ approbant, hoc non quidem dicta refellente, sed doctrinam perfidia cōiunctam damnante, & audaciam asseuerandi, quæ de suo mutuarētur sensu. Iustitiæ etiam & Deo duntaxat sibi indultæ conscius, ideoq; idem uirtutes suas numerat, ne ad uocem aduersariorum in desperationem cadat, cuius amici, quia Antichristorum typum gerunt, hoc ipso temeritatis arguuntur, quia meliorem & doctiorem se docere admittuntur, cui uxor ad maledicendum suadere nititur, quia carnales quiq; intra sanctam ecclesiam adiutores callidi tentatoris existunt. Qui quod quasi fideles sint uitari nequeunt, & fidelibus tanto deterius, quanto interius tolerantur. Amici uero illius hæreticorum speciem tenent, qui cum contra bonos Deum defendere nituntur, offendunt. Hæreticorum siquidem conditiones ex persona amicorum Iob sic colligit Greg. Qui Ecclesiam nō norunt, tacentibus sint amici, testes mendacii, securi agunt, Deum ipsi sibi fingunt & imaginantur, alia loquuntur, dum alia occultant, humilitatē putant negare ueritatem, iustos pro culpis adfligi credunt, deū dum defendere nituntur offendunt, gloriantur de antiquis patribus, successibus Ecclesiæ inuidēt, potētes seculi commouent, putant Ecclesiā supbire, putant se ubiq; Deū colere, idem impij & uiolenti.

Iustus

T H E O L O G I C V M .

- I**ustus, homo conditus, qui in ipsa sua origine tantis quantis nunc opus habet uirtutibus, non indigebat. **GREG.** quia pugna illi defuit. **ADIECTIO.**
- I**nsipientes, carnales. Vnde scrip. Dixit insipiens in corde suo.
- I**nstitutores, nonnunquam Prophetae sancti uocantur, qui Synagogae mores ad fidem, prophetando instituerunt, horum filii dicuntur apud Iob sancti Apostoli. **GREG.** apud Apocalypsim contraria significatione impuritatis Gentium magistri, institutores, aut negociatores dicti. **ADDI.**
- I**udaei, qui mysteriorum Dei interpretationem obtinent, hoc significatu Paulus ad Romanos scribens extulit, si autem tu iudaeus es. **ADIEC.** Greg. multi hodie Iudaeorum duritia detestantur, quia praedicatione Domini audire noluerunt, & tamen quales eos arguunt ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem, praescripta Dei audiunt, fidei miracula cognoscunt, sed conuerti a suis prauitatibus renuunt.
- I**ustitia nostra, dicitur, non quae ex nostro nostra est, sed quae ex diuina largitate fit nostra. **Greg.** Hominis iustitia indulgentia Dei est. **BERN.**
- I**udicium amat, quisque uias suas diligenter custodit.
- I**nanitas aut nihilum, Gentes. **GREG.**
- I**umenta, qui usu uitae carnalis ima appetunt.
- I**umenta, terreni homines, Volucres daemonia.
- I**umenta, gentiles. Iumenta carnales.
- I**mmolare hostiam Deo, est seipsum offerre. Vnde scriptum: Abominationes Aegyptiorum immolabimus domino Deo nostro. Oues quippe Aegyptii edere dedignabant, sed quod abominatur Aegyptii, hoc Israelitae Deo offerunt, qui simplicitatem conscientiae quam iniusti quique ueluti infimam abiectamque despiciunt, hanc iusti in uirtutis sacrificium uertunt, excolentes recti puritatem ac mansuetudinem Deo immolant, quam abominantes Aegyptii fatuitatem putant.
- I**udicii diuini potestas circulo comparatur, qui & undique stringit,

## ALPHABETVM

- & intra se posita omnia amplectitur, quæ potestas quia nullo latens euitatur, recte etiam uenturus iudex falcem tenere (quod in Apoc.) perhibetur, quia & ambiendo & incidendo obuiat ad omnia: esse se intra falcem iudicii Propheta uidit, cum diceret, Si ascendero in cœlum, tu illic es, si des, ad infer. &c.
- I**udicia Dei, sententiæ diuinitatis intelligibiles, de quo scriptum: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Iudicia quoque Dei arbitria Dei, & abscondita eius scientia, quæ abyssi nomine significari solet. Vnde Atrichristus, siue Leuiathan (quod apud Iob) Abyssum senescere æstimat, quia suspicionem suis uenturi iudicii quasi quod finiatur infundit.
- I**udicii Dei, manifestatio Verbi in opus deducti agnitio. **A D.**
- I**udicium Dei, aliud cum Gentibus, aliud quod de Gentibus uidetur. **ADDITIO.**
- I**udicium Dei (quod apud Iob) super omnes homines. Quoniam sic intendunt iudicia Dei, super unam animam, sicut super unam urbem, sic super unam gentem, sicut super uniuersum humani generis multitudinē, quibus sic Dominus intendit singulis, ac si uacet & cunctis, sic intendit omnibus ac si uacet & singulis, de specie transit in genus. Quia administrando, nec deest uniuersis cum disponit unum, nec unicū disponit uniuersos, cūsta hæc uerba (quietus ipse) dispēsans.
- I**udicium Dei, aliud de piis, aliud de impiis. Vnde scriptum: **Iudica me in iustitia tua, & non in iudicio.** **ADDI.**
- I**ncrepatio Dei, flagellum est & castigatio.
- I**udicium Dei, quando propter malum gregis, etiam bona uita delinquit pastoris.
- I**mpii, scripturæ sensu infideles, aut increduli uocantur, nam peccator dici etiam, qui in fide positus est, potest, impius idem dici non potest: hinc Iohan. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipos seducimus: in hanc sententiam Prophetæ ait: **Non resurgunt impii in iudicio.** **GR E G.** Alias scriptum

## THEOLOGICVM.

ptum : Iudica me Deus, & discerne causam meam, de gente  
nō sancta: itemq; iudica me Deus. Alias quoq; Ne intres in  
iudicium cum seruo tuo, equidem impiorum iudiciū depre-  
cantis sensu, quod aliter iniustus, aliter peccator iudicatur, di-  
uersis nimirum utrobique Verbi sententiis: **ADDI.**

**I**ram Dei mereri scripturæ est, etiā nesciendo peccare. Greg.  
Sic Reges Israhel aliqui dicuntur malum fecisse coram Do-  
mino. **ADDITIO.**

Prouocare uero est sciendo mandatis eius contraire, hi sunt  
qui perpetratione nequitiaē intrinsecus tenebescūt, & osten-  
tatione iustitiaē superficietenus dealbantur. Quibus Domi-  
nica uoce dicitur: Ve uobis scribæ & pharisæi hypocritæ.

### GREGORIUS.

**I**ustitia in iudicium conuerti dicitur, quia hi qui nunc iuste  
Deo per patiētiam uiuunt, postea iudicandi potentiam nan-  
ciscuntur.

**I**udices, cum Deo iudices ueniunt, qui nunc pro Deo iniū,  
ste iudicantur, tunc eorum lux tanto latius emicat, quanto  
eos nunc manus persequentium durius angustat: tunc re-  
proborum oculis patēscent, quod cœlesti potestate subni-  
xi sunt, qui terrena omnia sponte reliquerunt, ut uos qui se-  
cuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis,  
sedebitis & uos &c. Neq; enim plus quam duodecim iudices  
illa interni iudicis curia non habebit. **GREG.**

**I**udicium Deus in hominem duobus modis profert, quod  
cum in hac uita peragitur, aliis per mala præsentia irrogare  
iam tormenta sequentia incipit, aut tormenta sequentia fla-  
gellis præsentibus extinguit, quod est iustorū sicut illud im-  
piorum, de quo Paulus, cum iudicamur, inquit, & Domi-  
no corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

**I**udicari mortuos ex libris, quia ostensa uita iustorum, quasi  
in expansione libri legunt bonum, cuius ipsi comparatio-  
ne damnantur.

## M A L P H A B E T V M

- I**esabel, (quod in Apoc. apud Tiatiram) qui Iesabelis uitam re-  
 proba actione sequuti sunt, Iesabel illic inuenta memoratur,  
 quia uidelicet prauū corpus coniuncti mores unum faciunt,  
 etiam si hos loca uel tempora scindant.
- I**nterpellatio Dei pro nobis, non uoce, sed miseratione: uni-  
 geniti quoq; filii pro homine interpellare, est seipsum patri  
 Deo, hominem demonstrare, huc Psal, lxxxviii.
- I**nfirmi dicti, qui in hoc mundo florere appetunt, & flagella cū  
 mundo sicut magna mala pertimescūt, qui etiam culpas ex  
 poena metiuntur, in his quos flagellatos aspiciunt.
- I**sopus, fides, coctus, charitas, lignum caedrinum, spes, unde  
 apud Moſen in sacrificio uacca maſtatur, cum carnem & la-  
 ſciuiam siue uoluptatē restringimus, quam cū Iſopo lignoq;  
 caedriño & coeco offerimus, quia cū maceratione carnis sa-  
 crificium fidei, ſpei, & charitatis adolemus. GREG. A ca-  
 dro Libani usq; ad Iſopum; qui exit de pariete Salomon co-  
 gnouiſſe ſcribitur, nimirum huius quam iudicamus ſapieri-  
 tæ præceptis edoctus myſteriorum expoſitionem. A D D I.
- I**uniperus, quia multo tempore in ſe ignem continet, qui fer-  
 uenti ſpiritu & claro ſonitu Euangelium domini prædicant.
- HIERONYMVS.**

## L

- L**abor, uita præſens.
- L**abor Domini, paſſibilis eius humanitas.
- L**ac mens noſtra, ab uſu carnalitatis ſeparata.
- L**ac doctrina remiſſior, & quam tenera credentium mens dige-  
 rere poteſt. Greg. corporis alimonia ad mentē trãſlata. A D.
- L**achrymæ, lamenta pœnitentiæ.
- L**agena, fragilitas corporum.
- L**apis caliginis, Synagoga incredulitas.
- L**apides præcioſi, ſanctæ Eccleſiæ doctores.

Lapidum

## THEOLOGICVM

- L**apidum seu gemmarum colores, mystice ad quatuor elementa referuntur. **HIERON.**
- L**apidum nomine fortitudo & sodalitas, ut Vos autem tanquam lapides superædificabimini.
- L**ampades claritas miraculorū, lampades claritas bonorū operū.
- L**ampades cōtemptæ, sanctorū uita, apud impios despiciabilis.
- L**ampades quod (apud Iob) ex ore Leuiathan pcedere dicunt, quia prædicatores Antichristi ad amorē nos p̄fidia accendūt.
- L**aus Dei, est bonitatis, magnitudinis, & sapientia eius elucida.
- L**ana simplicitas. Linum subtilitas. (cidatio.)
- L**abia Dei, iudicia eius accipimus. Labia quoq; sua Deus aperit, cum uoluntatē suam hominibus per aperta iudicia ostendit, quasi enim reſeratio ore loquitur, cum remota dispositionis obscuritate, renuit occultare quod uult, Labia prædicatores ecclesie.
- L**ancea, tentationum iacula.
- L**amia, hæretici.
- L**eo, fortitudo Christi, aduerso symbo. crudelitas Diaboli.
- L**eo rugiet, quis non timebit, id est, Dominus Deus loquutus est, quis non prophetabit, rugit enim postquam uirtus conditoris innotescit. Leo uirtute Dñs, Leo sauitia diabolus.
- L**ectus sponsæ (quod in Canticis) ocii mentis quietudo.
- L**ectus aut grabbatum seu stratum in scriptura, aliquādo uoluptas carnis, aliquando repansatio in bonis, aliquādo requies temporalis.
- L**ectus, lectus noster cōmunis, est huius tetrae amplissimum solum, Maxi. epif. duo in lecto (quod in Euangelio) duos sponsi signari uidetur. **ADDI.**
- L**ex, alia apud Euangelium à Domino significata, alia quæ Ebion proponebat, scilicet ad excludendum Euāgelium, & uindicandum Iudaismum. **TER T.**
- L**ex Christi, charitas, **GREG.** legis quoq; Iudaicæ rationē, post Domini incarnationem, sic reddit Leo Papa, ut figura



## ALPHABETVM

- (inquit) in ueritatem, prophetia in manifestationem, Lex in Euangelium uertetur.
- L**ex Dei (quod apud Iob) multiplex, translationis & allegoriae ratione. Sicut ecce apud Euangelium Dominus omnia legis adimpleri oportere post praedicatione Euangelii dicit: **ADD.**
- L**ex, cuius finis peccati prohibitio. Nazian.
- L**eanae catuli uocantur, qui in Ecclesia aediti, aduersantem mundum ore rapuerunt. Sancti enim Doctores subsequen-  
tium populorum patres sunt, praecedentium filii, & catuli uocantur, uel certe quod quauis quorundam fidelium magistri sunt, uniuersalis tamen Ecclesiae discipulos se esse gloriantur.
- L**eonis speciem in angelis, signare putamus uim illam admodum robustam indomabilemque. **DION.**
- L**euiathan nullum timet, quia appetitum celsitudinis uertit in uigorem mentis.
- L**eprosi, haeretici. **GREG.**
- L**eprosi, lepra dum colorem corporis uariat, sic ubi animam in-  
tus occupauit duplex facit cor, scilicet ad fidem, & ad infidelitatem se dispersiens, & quam iniucunda animis humanis corporea lepra, tam insuauis est oculis Dei in plures secta partes anima, & ob hoc ait scriptura, *Ve duplici corde & animae salute, & peccatori uias suas ingresso.*
- L**eprosi, haeticorum perfidia. Quid enim non polluitur uti ad-  
ulteri doctrinae perfidia praedicatur. Hieronymus. Sub hoc proinde mysterio Dominus leprosos curat. **ADDI.**
- L**iber dicitur, qui a seruitute negotiorum seculi eripitur, cuius seruitutis conditione carere est nihil in mundo concupiscere, de hac dicitur ad nos, *Tollite iugum meum super uos.* Liber ergo dimittitur, qui calcatis desideriiis terrenis, ab appetitione rerum temporalium securitate mentis exoneratur. Asperum quippe iugum & durum seruitutis pondus est, hominem qui ad aeternitatis imaginem conditus est, temporalibus subesse, ambire terrena, negligere caelestia, uelle re-  
tinere

THEOLOGICVM.

- tinere labentia; stare in non stantibus, & post appetitū transeuntium nolle transire, fugientium desyderio rerum affligi, & nusquam subsistentium bonorum amissionis pauore premi.
- L**iber creationis mysteriū apud scripturā, liber præcepta Dei.
- L**ibrum scribere Deo, est creationis mysterium operando explicare. Greg. Proinde librum legere, legere est creationis mysterium accepisse: Librum aperire est creationis mysterium clarum reddere: libro inscribi, est ad creationis præsentiam pertinuisse. **ADIEC.**
- L**iber uitæ, uisio aduenientis iudicis.
- L**ibri aperti, iustorum uita.
- L**inum, sacerdotium. Vnde uir uestitus lineis apud **Ezechie**. Christus sacerdos.
- L**ilia, electi quique. **GREG.** Alias Christus ob uirtutum prærogatiuam, Idem.
- L**igna pomifera, aut homines aut opera uirtutibus foecunda.
- L**igna, delinquentium uita, quæ succiduntur.
- L**ignum uitæ, aut uirens, sub parabola diuinitas Christi. **Lignum** aridum, aut sterile, humanitas Antichristi. **Greg.**
- L**igno uetito, temporalis gloriæ culmen & ambitio loci superioris representari uidetur. Lignum secundum speciem suā semen producit, cum mens nostra ex sui consyderatione, se in alterum colligit, & recti operis germen parit. **Greg.**
- L**ingua Domini, ueritatis doctrina.
- L**ingua Leuiathan, doctrina mendacii. **ADIEC.**
- L**ingua scripturæ, quod Allegoriæ insinuatio: linguæ allegoriæ siue allegoriarum pernosendarum præcepta. Allegoriarum quoque proditarum in lucem interpretatio prophetia dicta Paulo, **ADDI.**
- L**ingua pro eo quod sapientia scripturarum.
- L**ingua Aegypti maris desolauit Dominus, quādo falsam gentilitatis & seculi sapientiā, per carnē se ostēdendo destruxit.

## ALPHABETVM

- L**ingua Leuiathan fune stringitur, quia apparente in carne Domino, ueritate cognita, falsitatis doctrinæ siluerunt.
- L**ingua, narrantis Dei uisa claritas.
- L**ingua canum ex inimicis, prædicatio sanctorum ex Gentibus. Lingua delinquentium, uitia quæ succiduntur.
- L**inguam Gentium, quam Aegypti maris dixit propheta Esa. Philobiblius culpans sic demonstrat, ut totam eorum abiciat sapientiam, sed & imitationem totius dogmatis detestatur, qui Phœnicum Aegyptiorumq; Deos scelestorum, nephandorum morû fuisse admonet, accusatq; iuniores, quod ea quæ de Diis fabulose dici uideantur, uel allegorice ad naturam, uel Tropologice ad mores student reducere: alioqui non reducenda, eo quod res gestas repellentes, fabulas fabularumq; allegorias introduxerunt, quarum nemo ueritatem facile possit perspicere: eas rebus naturalibus imponentes mysterio obscurarunt, uerum prisca ac præcipue Phœnices & Aegypti, quos ceteri deinde Gentium imitati, qui uitam hominû prima aliqua re inuenta excoluerunt eos, ob beneficium cômunes Patronos rati, quasi Deos adorabant. Quibus partim simulacra & templa statuentes naturalium nomina Deorum Solis, Lunæq; imponebant, partim cum erraticis stellis & elementis eos cõputabant, & horum quosdam mortales, quosdam immortales constituebant.
- L**inea terræ, fines Ecclesiæ occulti iudicii subtilitate distincta.
- L**ocusta, per locustam quod cum stridore euolat, inanis gloria, uanis se præsumptionibus ostentans.
- L**ocusta, contemplatiua, prædicatium uita, quæ quotiens in aere se attollere conantur, cruribus se impellentes alis euolant in alta.
- L**ocustarum quoq; nomine, aliquando conuersa gentilitas, Locustæ lingua adulantium, quod sicut ille plusquam cetera animantia frugibus nocent, ita hi terrenorum hominum mentes siquãdo bona aliqua proferre cõspiciunt, ea immoderate laudâdo corrumpunt.
- Locustæ

## THEOLOGICVM.

- L**ocustæ nomine, per eam comparationem quod subuolant, redemptoris nostri resurrectio signatur.
- L**oquitur ad nos Deus, aut per imagines, aut per somnium: per somnium quippe loqui ad nos dicitur, Dei enim secreta non cognoscimus, si in terrenis seculi desideris uigilemus: per imagines, aut quoniam Iacob scalam uidet, aut Petrus lintheum.
- L**oqui Dei ad nos, est uerbum (quod filium) protulisse. Loquutum esse Dominum, est opus suum per operationis ordinem exposuisse. **ADDITIO.**
- L**oqui nostrum ad diuinas aures, est motum mentis etiam expressione actionis ostendere.
- L**ocus, quod obiectum locantis, Locus uidentium, sancta ecclesia. Locus Dei cor humanum, locus Dei terra.
- L**ocus peruerforum, uoluptas.
- L**ocus intelligentiæ Dei, mens humana.
- L**oth typus perfectionis, cuius domui qui uiam inferebatur, quod ostium non inueniunt, hoc est, quia corruptores mentium contra uiam iusti, nullum accusationis aditum deprehendunt, ad cuius parietem quod impii palpant, hoc est, quod sollicitis inquisitionibus laborant, si quid forte quod accusare possint, inueniant: iniquorum siquidem hominum mentes, cum à proximis benegesta conspiciunt in extenso liuoris aculeo torquentur, & grauem malitiæ suæ pœnam sustinent, cum bona in aliis tabescentes nimirum uident, qui dum aditum detractionis quærunt, quasi cæci exterius domum iusti oris circueunt, de quibus benedicuntur, per diem incurrunt tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.
- L**ucerna, fides, lucerna bonorum operum claritas. **GREG.**
- L**ucerna (quia lumen in testa) est gaudium in carne.
- L**ucerna impiorum extinguitur, cum illos malorum suorum retributio sequitur.
- L**ucifero iusti uita comparatur, Solē quippe præcurrens Lucifer nunciat, & nobis sanctorum innocentia insequetis iudicis claritate clamat.

## ALPHABETVM

- L**ucerna, lux prædicationis.
- L**umbi, quod seminaria coitus, uiris in lumbis inesse, foeminiis autem in umbilico perhibentur, Luxuria carnis.
- L**umen Dei, gratia præueniens.
- L**umini rebelles, qui sua desyderia sequendo, bonū quod no-uerunt, despiciunt.
- L**utum, homo conditus, aut carnis contagio, aut impura iniquarum doctrina. Limus idem.
- L**una plena, cuncta simul Ecclesia.
- L**uxuria carnis, alia qua castitatem corrumpimus, alia cordis & superfluarum cogitationum, qua de interna castitate gloriamur, in quam sententiam per Moſen dicitur, circuncidi te præputia cordis uestri.
- L**ux, iustitia, aut prædicationis.
- L**uti nomine, sapiens doctrina sordium signatur, ut cum dicitur: Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum mulrarum, hoc est, aperuisti iter peccatoribus tuis, inter doctrinas hominum sordida & terrena sapientium.

### DIONYSIO.

- L**eonis speciem in Angelis, signare putamus uim illā admodum robustam, indomabilemque.
- L**oci nomine, in quo perhibetur stetisse Deus, Exo. xxiiii. arbitror signari summas & æternas archetypas, siue rationes, siue exemplaria omnium creaturarum quæ sunt in Verbo, quorum intellectuuali speculatione Deum cognoscimus.

## M

- M**ane, uita secularium.
- M**ane, uitæ præsentis, seu peruersorum gloria. Mane quoque aduentus iudicis. Vnde scriptum, In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Et ex persona Eccle. Mane affabo tibi & uidebo.

Mane

## THEOLOGICVM.

- M**ane quoq; , aduentus incarnationis , mane iudicii dies , de  
terris & persequutoribus perfidiæ tenebris.
- M**ane , prosperitas huius seculi . **GREG.** Quæ & dies impij  
dicta . Vnde scriptum , Impium ad diem malum . **ADDI.**
- M**anus uirtutis , potestas . Manus operatio , manû suam (quod  
apud Iob) osculatur , qui quod facit , laudat.
- M**ansiones multæ , dispar meritû , sed cuius disparilitatis dam  
na non sentiantur .
- M**are ; uita secularium , uel Gentilitas .
- M**aris profunda , inferni claustra uocantur .
- M**are aduersa (quæ per omnia symbola occurrit significatiõe)  
Ecclesia , quod in eam ueluti in mare flumina descendât po  
puli . Vnde in Psal . hoc mare magnum & spatiosum . & in Apoc.  
Ecclesia maris uitrei adpellatione insignitur . Iohan . Hiero  
solymitanus Ecclesiam populi uiuum mare dixit , ut Pœta  
quidam nostri temporis eadẽ similitudine sic scripsit : Quam  
stabat compacta ipsam se turba coercens , fluctibus æquoreis  
ita dissimilis . **ADIEC.**
- M**enses , quia multiplicati dies , multiplicatæ uirtutes .
- M**ons syon , regnû Dei ; sancta Ecclesia , idem mons testamen  
ti , mons caliginosus , ecclesia Gentium .
- M**ontium altitudines , elationes populorum .
- M**ontes , tumor potestatum .
- M**ontes , regnû , montes regna , montes impij , montes Apo  
stolorum atq; Prophetarum celsitudo .
- M**are , præsens seculum , amarum & fluctuans . **BERN.**
- M**el , dulcedo diuinitatis . Butyrum mysterium incarnationis  
**GREG.** Mel literæ , lac moralitatis allegoria .
- M**el sapietiæ dulcedo siue prædicatio , ut , Mel & lac sub lin . tua .
- M**ori seculo , est eorum qui Christo uiuunt . **GREG.** Mori quoq;  
Christo est , per incredulitatem seculo uiuere . **ADDI.** mor  
tuos a gente crudelissima (quod apud Methodium) appeti ,  
est credentium etiam uitam impeti . **ADIEC.**

## ALPHABETVM

**M**aris alias foeminae typo Ecclesia elata, quod filios gignat ni-  
mirum corpus Christi mysticum, quod Apoc. xiiii. Eadem  
quando diuisa à uiro, uidua. **ADDIT.**

**M**undus, qui percussionibus finitur, e cuius ruina, regnum  
Dei cognoscitur.

**M**undus, cuius & mores & sapiētiam sic colligit Greg. Huius  
mundi sapientia est cor machinatiōibus tegere, sensum uer-  
bis uelare, quæ falsa sunt uera ostendere, quæ uera sunt fal-  
sa demonstrare. Hanc qui sciunt scientiam, ceteros despici-  
endo superbiunt: hanc qui nesciūt, subiecti & timidi in aliis  
mirantur, mentis peruersitatis urbanitas uocatur. At con-  
tra sapientia iustorum est nihil per ostentationem fingere,  
sensum uerbis aperire, uera ut sunt diligere, falsa deuitate,  
bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quàm facere;  
nullam iniuriæ ultionē quaerere, pro ueritate acceptam con-  
tumeliam lucrum putare.

**M**undus, qui diuinitatis Christi significatione censetur, & ob  
hoc Ethnicorum sapientissimis, ut Termegisto, Pythagoræ  
Platoni, Dei filius dictus. De hoc Philo, Nulla re material  
machinam mundi conseruari, sed Verbo æterni Dei semp-  
terno, quod à mediis ad extrema, ab extremis ad media pro-  
tensum, inuictum naturæ cursum fouens, sustinet. Eodem  
totus Sapientiæ liber pertinet, dicente etiam spiritu, Ego do-  
minus creans coelos. Et coelū ac terram ego impleo. Euseb.

**M**undi idealis, intellectualis, & corporei rationē sic docet Phi-  
lo. Si quis uoluerit (inquit) significatiōibus uti uerbis, nihil  
aliud intellectualem dicet esse mundum, quam Dei iam cre-  
antis Verbum; Nihil enim aliud ciuitas illa intellectualis est.  
Aperitē nanq; scribitur, ad imaginem Dei hominem esse for-  
matum, quod si pars imago imaginis est, & uniuersus iste  
mundus sensibilis ad exemplar est, primitiuum ergo sigil-  
lum quod intellectualem mundum appellamus, ipsum exem-  
plar est. Primitiua idea idearum omnium Dei uerbum, hæc  
ille

## THEOLOGICVM

- ille . Est autem idea perpetua substantia, causa, & principiu, ut singularia talia sint, qualis ipsa est, & quemadmodu primitiua sensibilibus exemplaria ad hæc corpora procedunt, sic quæ omnia in se ipsa continet, pulcherrima atq; perfectissima huius mundi exemplar est, ad quam à creatore Deo ab uniuersa substantia mundus similime formatus. Didymus referente Eusebio libro de præpa. Euang. xi. Ga. xi.
- M**anna, Verbum Dei, quod sicut illa, ita hoc quicquid uoluptas bene suscipientis appetit, hoc in ore comedentis sapit.
- M**amona, diuitiæ, non Hebræorum, sed Syrorum lingua appellantur.
- M**elchizedec Rex, idem Sacerdos Dei summi, Christi typo. Christus enim Rex, propter credentium plebem, Sacerdos quia seipsum pro nobis obtulerat, cum alij Sacerdotes hostias tantum offerrent. Gregorius. Proinde Christus & terreni culmen Regni typis id exprimentibus obtinet, & hostia Deo patri factus, legale typicumq; omne sacerdotium sustulit, ultra quem legis nimirum Mosaicæ ritus, non progredereetur distinctis alioquin Regni & Sacerdotii functionibus, in cuius rei documentum Ochozias Rex, cum insolitum sacrificandi munus sibi usurpasset, lepra confestim percussus est, in Christo iungitur Regnum & Sacerdotium. **ADDI.**
- M**ens, imago Dei, in qua sunt tria, scilicet, intellectus, memoria, & uoluntas, per memoriã reminiscimur, per intelligentiam intuemur; per uoluntatem amplectimur. Bernh.
- M**embra in ecclesia, alius alta uidendo oculus, alius recta operando manus, alius ad inuicta discursando pes, alius præceptorum uocem intelligendo auris, alius bonorũ malorũq; fragrantiam discernendo naris.
- M**ola, molam superiorẽ Greg. accipit spem, molam inferiorẽ, timorem.
- M**ola superior & inferior, lex & prophetia. **ADDI.** Velle & gratia.



## ALPHABETVM

- M**ola; mundana actio.  
**M**ola asinaria, terrena occupatio.  
**M**olares duos, maximus duo testamenta accipit.  
**M**ilitia, quod tentatio.  
**M**uri nomine, munitio disciplinæ. Murus Christus.  
**M**iracula seu mirabilia scriptura accipit prodita in apertū scri-  
 pturæ mysteria, ut, Ecce mortuorum resurrectio. id est, po-  
 nitentium uita, miraculum. **BERN.** seculum suum ( ut  
 pote mendacii & hypocrisis ) queritur nō esse signorum, id  
 est miraculorum Dei tempus. **ADDI.**  
**M**ulier purpurata atq; adultera (quod Apoc. xvii.) Ecclesia gē-  
 tium, aduerso simbolo ei quæ est xiiii. cap. quæ ecclesia san-  
 ctorum. **ADDITIO.**  
**M**onumēta aut sepulchra, Domino in Euangelio teste, Hypo-  
 crytarum natio.  
**M**enses per dies congeſti, multiplicatæ sanctorum, aut sanctæ  
 Ecclesiæ (quod apud Iob) uirtutes, aut noua regenerationis  
 creatura, quod in Euangelio Dominus die plenæ Lunæ re-  
 uersurum patrefa, in domum suam.  
**M**ilites, angelici spiritus.  
**M**aria, contemplatiua uita, Martha actiua, hæc seculi, illa ec-  
 clesiæ typo.  
**M**uri Hierusalem, uirtutes animæ sanctæ, aut ecclesiæ.  
**M**cenia, donationes. munitio, uirtutes;  
**M**illenarii mysterio collati muneris plenitudo signatur.  
**M**iseratio Dei erga hominem, ipſius est incarnatio, qui ho-  
 minis naturam assumens, hominē liberum demonstrauit.  
**M**etri templi fabricam, est pensare subtiliter ecclesiæ uitam,  
 quod Apoc. xi.  
**M**iluus, ea similitudine quia pullis gallinarū infidiatur, dia-  
 bolus infidiator.  
**M**ole Diaboli, reproborum eius membrorum infidia.

THEOLOGICVM.

- M**anus uiolenti, est aduersitas potestatis.
- M**illenario numero, non quantitatem temporis, sed uniuersitatem quo regnat Ecclesia designari. Greg.
- M**usca, insolentes curæ carnalium desyderiorum, muscis Aegyptus percutitur, quia eorum corda qui terrenam uitam diligunt, quando desyderiorum inquietudine feriuntur, cogitationum turpitudine carnalium ad ima depressa, ad quietis intimæ desyderium non subleuantur.
- M**ira scripturæ usu, quæ ratio non capit, mira quoque omnia quæ mirari homines negligunt, quia ad considerandum ea torpescunt.
- M**undus muliebris, alias uitiorum apparatus, alias uirtutum ornamenta, ut Apoc. xi. & xvii. **ADIEC.**
- M**ortui in Christo, qui plena ad Deum mente conuersi sunt, **HIERON.** Sic Dominus sub Sacramento sermonis mystici dixit, Qui credit in me, non morietur. **HIERON.**
- M**ors, peccatum, quod ab interiori uita hominem occidit.
- M**ors primogenita. Superbia, quia scriptum, Initium omnis peccati superbia.
- M**ala punica (quod in Canticis) martyrum ordo, beatissima Ecclesiæ soboles.
- M**alum punicum, eius arboris fructus in scripturis dupliciter accipitur, aut in Ecclesiæ gremio, quæ omnem turbam credentium elegit, aut in uarietate & consonantia uirtutum. **HIERON.**
- M**andragoræ, uirtutes perfectorum,
- M**eridies, uitiorum ardor,
- M**alleus, percussio cœlestis.
- M**irmicaleon, quasi Leo formicarum dictus, aduersum fornicis animal, pauorem & audaciâ symbolo representans.
- M**yrtha, mortificatio, Thus, oratio.
- M**ustum, seruor spiritus.

ALPHABETVM

**M**ulier, mens nostra, infirma ad discernendum.  
**M**essis, facti eloquii, Messis collectio animarum.  
**M**alus inter ligna sylvarum (quod in Canticis) Christus.

**N**

**N**alus, prouida sanctorum discretio.  
**N**ares odoratio spei sanctorum.  
**N**aribus, præscentia, ut quiescite ab homine, cuius spi. aliquando præscentiæ defectus, aut indignatio hostis antiqui.  
**N**ardus, electorum uita.  
**N**azarai, capilli, quod Nazaræi capillos nutrire soliti, quodq; per uitam magnæ continentiæ, præsumptionum cogitationes excrescunt.  
**N**ebula, ignorantia nostræ obscuritas & caligo.  
**N**ubes, prophetæ sancti, aut prædicatores, per quos in mundi partes Deus inambulat. Vnde dicitur, Inambulabo in eis, & Christus eadem significatione in Euangelio in nubibus se uenturum pronunciauit.  
**N**ubes, sanctorum quilibet, Hierony.  
**N**ubes, sancti Apostoli, ipsi etiam stellæ, quia uitæ meritis lucent: nubes etiam, quia arenam pectoris nostri terram, cœlestis intelligentiæ fluctus rigant. Columna nubis, quod in heremo per diem non lucet, nocte tamen Israhelitis tantum lucet, idcirco scriptum, Ego in iudicium ueni in mundum, ut uidentes quidem non uideant, & qui uident, cæci fiant.  
**N**ubes, scimus nubes prophetas, quibus deus præcepit ne pluerent super Israhel hymbrem, non solum autem Prophetas, sed & Apostoli nubes adpellati. **HIERON.**  
**N**ubes, sancti prædicatores, quia coruscant miraculis, & uerbis pluunt. Vnde etiam fulgura idem prædicatores. Aer in nubes eadem significatione (quod apud Iob) cogi dicitur.

**DIONYSIO.**

**N**ubis speciem in sanctis Angelis, diuina scriptura adpingit, innuens

## T H E O L O G I C V M

innuens eos lumine, ultramundano impleri modo, primitiuam illam lucem modeste recipientium, eamq; absq; inuidia pro suo quibusq; captu secundaria deriuatione transfundentiũ, subiecta quoq; uitali hymbre rigantiũ, similitudine.

**N**ares, capax angelorum perceptio. Idem.

**N**idus, tranquilla quies fidei, de quo, Passer inuenit sibi domum; & turtur nidum, Christi scilicet & ecclesiæ significatione. **GREG.**

**N**ix, humilitas & munditia pœnitentiæ.

**N**ix & grando, corda prauorum.

**N**obiles, quanto quis ad imaginem & similitudinem Dei erigitur. Ignobiles, supra I.

**N**obilitas, Domini uirtutum confessio. **HIERON.**

**N**obiles, qui præsunt intelligentia. Nobilitatem in se Paulus aspexerat, cum ait: Genus ergo cum simus Dei.

**N**ouis Ecclesiæ pœnitentium. **ADIEC.**

**N**ox, Dies, Aurora, Ecclesiæ secula. Nox uita præsens auro-  
ra futuri seculi.

**N**ouum cœlum, & noua terra, non quia alia condenda sint, sed quia hæc ipsa renouantur, Verbo, xvii. xvi.

**N**abuchodonosor, statuam, de qua apud Daniel. quatuor metallorum genere conflatam, quatuor uitiorum differētia accipit Cyrillus, nempe imprudentia, superbia, auaritia, intemperantia.

**N**udus, qui primam stolam perdidit, nempe innocentiam.

Nox, uita mundana, de qua scriptum est, Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis, uidelicet credentes pro incredulis: & rursus, Nox sicut dies illuminabitur.

**N**ox, aduersitatis Ecclesiæ, Nox tribulatiōis atq; deiectionis.

**N**umisma, recta intentio, cuius ueram qualitatem prædicatores Antichristi non obtinent, dum per illa quæ agunt non cœlestem patriam, sed culmen gloriæ temporalis quarunt. quomodo enim a monetæ figura nō discrepāt, qui ab omni

## ALPHABETVM

- iustorum pietate iustos persequendo discordant. **GREG.**  
**N**ummularii, qui mira sanctorum hominū facta conspiciūt.  
 Greg. Sic Dñs in Euang. Estote, inquit, p̄bati nūmularii.  
**N**umerorū progressio, ab uno usq; ad millenariū nusquā sine  
 mysterio deducit̄, nam post monadē, quæ initio nō dicata,  
 binarius legi ac Prophetiæ, aut Israhelitis & Gentibus, ple-  
 runq; duobus charitatis præceptis dicatur. Ternarius trini-  
 tatis subinde seruit mysterio. Quaternarius, perfectionē de-  
 notat. Quinarius quoq; in creationis mysterio locū obtinet.  
 Senarius perfectus est, quia Dñs quæ prima die cœpit, sexta  
 die opera impleuit. Septenarius perfectus, quia omne opus  
 suum Dominus septem spirituum uirtutibus agit, quo fides  
 simul & opera consumuntur. Octonarius futuri est seculi.  
 Nouenarius, hierarchiis debet, & triū similitudine & perfe-  
 ctione cœlorum desumptus. Denarius eo perfectus est, quia  
 decem præcepta cōcludit. Vndenarius, peccati est & trans-  
 gressionis. Quinquagenarius, septies per septem multiplica-  
 ti iubilæi est. Centenarius, qui decadibus perficitur, per-  
 fectionem denotat. Millenario deinde numero, perfe-  
 cta uniuersitas præcitæ generationis demonstratur. Vn-  
 de per Iohannem dicitur, Et regnabunt cum eo mille an-  
 nis, quia uidelicet regnum sanctæ Ecclesiæ uniuersitatis col-  
 lectione solidatur. De mystica sacrorum numerorum signi-  
 ficatione, librum ædidit Iodocus Gallus.
- N**udus, peccator. Nauis, Ecclesia.
- N**ō ebrii, quod filii uerecunda patris superiecto dorso pallio,  
 auersi uenientes, operiunt, hoc est, quod bonis filiis sic pro-  
 positum suorum mala displicent, ut tamen hæc aliis occul-  
 tent. Operimentū aperi ferentes, quia nolunt uidere quod  
 tegunt. Mali autem, qui se à rectorum suorum reprehensio-  
 ne continere negligunt, usq; ad reprehensionem conditoris  
 excedunt, cuius dispensatio cum ab humilibus agnoscitur,  
 ab elatis nō recte iudicatur, Sed hoc est solerter intuentū, ne  
 quem

## THEOLOGICVM.

quem venerari debes, imitari appetas: aut quē imitari despicias, venerari contemnas. Subtilis enim quadā humilitatis & rectitudinis uia tenenda est. **GREG.**

**N**uces (quod in Canticis) pfecti quicq; Nigra sponsa (quod in Canticis per opa, formosa per iustitiā, quā p Christū obtinet,

**N**unciare siue annunciare, quando hoc quod credendo est, ei de quo oritur subsequēs nō esse cognoscit, ut, Ecce palam de patre annunciaturū se Dñs asserit. Aperte enim tunc uidebimus, quod & unum indiuisibiliter tria sunt, & indiuisibiliter tria, unum, quando lingua narrantis Dei, id est claritas subleuantis, nobis apparebit. **Greg.** Palam de patre suo filius annunciat, quando opus suum patris uerbo exequit. **A D.**

**N**epotes, de quibus scriptum, Nepotes eorum non saturabuntur pane. Nepotes quippe hæreticorum sunt, qui de errantium filiorum prædicatione nascuntur.



**O**rdormitio, sollicitudinis & discretionis cessatio.

**O**s cogitatio cordis. Vnde scriptū, Labia dolosa in corde.

**O**s, qui prædicant. Oculi qui præuident,

**O**culus hypocritæ, cor adulantium.

**O**culus dexter, cōtemplatiua uita: oculus sinister, actiua, quæ dum conseruantur in mente, quasi duo oculi habētur in facie. Oculi Antichristi, eius consiliarii.

**O**culus, intentio cordis & perspicacitas.

**O**s in ore doctorū sapientia, in cauda quæ retro huius seculi scientia, quo postponenda temporalitas designatur.

**O**lla succensa dicitur, cum mens humana suasionibus maligni hostis incitatur, praua persuasione feruens.

**O**leum, charitas. Vnde, Impinguasti in oleo caput meum, id est, arentem in suis cogitatioibus mentē meam, charitatis operatione imbuiisti. **Greg.** cōtrario symbolo hypocritarū

## ALPHABETVM

- opera oleum peccatoris dicitur, de quo scriptum, Oleum peccatoris non impinguet caput meum. ADDI.
- Oleum effusum, charitatis exundantia. Greg. Siue charitatis operum, claritudo. ADDI.
- Ouis, per ouis sacrificium, simplex animus,
- Ouis, mundiciæ atq; innocentia symbolum. CYRIL. offerre, est uictimam per humilitatem imitari.
- Ossa, qui fortes in ecclesiæ corpore, artus qui infirmi.
- Ossa, duricia fortitudinis, Ossa in corpore, uirtutes in anima.
- Ossa consilia.
- Ossa Antichristi, ut fistulæ aris, in eius corpore ualentiores, in quorum corde iniquitas dum uehementer induruit, per eos tota eius corporis cõpago subsistit, qui enim rebus opibusq; subnixi, largiendo ad suum errorem alios trahunt, qui malos continendo multiplicant, in eius corpore carnes nimiarum portant.
- Organum, prædicatio.
- O nager, incarnatus gentilitati Dominus.
- O nagri nomine, solitudo, per onagram quocq; accipit Methodius gentem ferocissimam à solitudinibus mundi egressam.
- O nagri, abstinentes uiri. quorum est abiuncta à seculo conuersatio.
- O nocentauri, lubrici carne, & elati, qui non solum amittere rectitudinem non dolent, sed etiam de opere cõfusionis suæ gloriantur.
- Olei nomine, potest ipsa sancti spiritus unctio designari.
- Ortus auroræ, noua natiuitas resurrectionis, qua sancta ecclesia, etiam carne suscitata, ad contemplandum lumen æternitatis, ceu exoritur, Vnde scriptum, Ab oriẽte iustus ueniet.
- Occasus, mortem Domini. Vnde scriptum. Dominus ascendit super occasum. Greg. Meridies uitiorum ardor aut tentatio, Vnde, Dæmonium meridianum, Bernh. Aquilo, uide supra A.

THEOLOGICVM.

- O**rtus auroræ, resurrectio Domini in carne. **ADDITIO**
- O**rtus auroræ, resurrectio corporis ecclesiæ in carne. **ADDI.**
- O**s Dei, Unigenitus filius Dei.
- O**perari patrem usq; modo, dictum est, institutas administrando, non nouas instituendo naturas, ne scripturæ Geneseos contra dicatur, ubi apertissime legitur, consummauisse Deum omnia opera sua. Aug. in lib. de origine animæ, quod per inde quasi nihil de nouo fieri. **ADDITIO.**
- O**sculum sponsi, dulcedo inspiratiõis internæ. Vnde quod in Canticis, Osculetur me osculo oris sui, id est, tangat dulcedine præsentia, unigeniti filii, redemptoris mei. Greg. Osculum quoq; deinde sponsi quando carne uiuificante sub tempus pollicitationis Dominus carnem moribundam in suum assumpsit corpus. Osculum quoq; sponsi quando spiritu uiuificante imbuiturus est Ecclesiam idem Dominus, **ADD.**
- O**sculum sponsi, hoc est, quia post adsumptam carnem ecclesiam sibi Christus copulauit, quasi dicat, nolo per Moysen, nolo per prophetas loquatur mihi, ipse meum corpus adsumat, ipse me osculetur in carne. Vnde illud quoq; quod in Esaia scriptum est, huic sententiæ coaptamus, si quæris, quære, & ad me habita in saltu. **HIERON.**
- O**ptimates, uel qui alias principes, qui mentem bene regunt, de quo apud Iob, Optimates supplantat.
- O**pera iustitiæ sic accipienda, quæ utrû Deo probantur, ignorat homo. Vnde scriptum, Verebar omnia opera mea.
- O**stonario numero, æterna signantur. Greg. Octauus dies futuri seculi, ille idem & primus seu potius unicus & indissolubilis, ibi enim præsentem animarû, aut seculi Sabbathismû compleri necesse est. **NAZIANZENS.**
- O**ua, consilia, per oua quoq; Struthionis (quod apud Iob) de synagoga carne editi, sancti Apostoli signantur.
- O**ratio, orationis adpellatione desiderium sanctum scriptura accipit. Vera quippe postulatio non in oris est uocibus, sed



## ALPHABETVM

In cogitationibus cordis, Efficaces namq; uoces nostras apud secretissimas aures Dei non faciunt uerba nostra, sed desyderia: aeternā etenim uitam si ore petimus, neq; corde desyderamus, clamantes tacemus, Quod si desyderamus corde, etiā cū ore cōticescimus, clamamus: hinc est quod in heremo populus cum uocibus perstreper, Moyses ad strepitum uerborū tacet, & tamen silens aure Dei auditur, cui dicitur, Quid clamas ad me. Anna ad templum pergens, ore quidem tacuit, & tacens desyderii sui uoces emisit. Hinc in Euāgelio Dominus dicit: Intrato cubiculum tuum, & clauso ostio tuo, ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Clauso quippe ostio, petit in cubiculo, qui tacente ore in conspectu supernæ pietatis, fundit ad festū mentis: & uox auditur in abscondito, cum per sancta desyderia silenter clamatur. Vnde & Psalter, desyderia, inquit, cordis eorum audiuit auris tua, xxii. xxvii.

### P

**P**anis in scriptura, aliquando ipse Dominus, ut in Euang. Ego sum panis uiuus. Aliquando spiritalis gratia. Aliquando doctrinæ eruditio. Interdū hæreticorū prædicatio, nonnunquam subsidium uitæ præsentis. Aliquando iucunditas nostræ delectationis. xxiii. xxv.

**P**anis gratia doni spiritus, uel refectio spiritalis gratiæ.

**P**anis significat uerba legis. GREG. à qua similitudine deducta fames. ADDIT.

**P**anis ab agro, messe, & mola, ducta origine, firmitudinem roboris signat, iuxta illud, Panis cor hominis confortet.

**GREGORIVS** Idem Sacramenti bonæ gratiæ uerbisq; ualentis nos mysticum Symbolum magni hominis Christi participatio, qui sicut Verbi diuinitate implet alitq; & uiuificat omnia, ita utrunq; simul hominem eodem similiq; incarnati

THEOLOGICVM.

- carnati Verbi pascit mysterio, qui & corpore suo mundum induit, & diuinitate sua uestiuit omnia, proindeq; mundū, non iam spiritu tantum suo, sed etiam corpore alit. Origines autumat, pane spiritū siue moralem scripturæ allegoriam, uino deinde spiritalem literæ sensum siue anagogicum accipi. GREG. panem in ecclesia comedunt, qui sacri eloqui fruge pascuntur, quo omnem insensibilitatem pristini soporis excutiunt. Lactantius. Christus cibus & uita est, eis qui credunt in carnem quam portauit.
- P**atientia quæ & spes, fortitudo expectationis dicta.
- P**aries, duritia subditorum.
- P**aradisus, Ecclesia, paradisus cœlum, plantatio, opera iustorum.
- P**alma, iustorum proficiens uita.
- P**etra, fidei soliditas, Greg. Petra Christus, typo.
- P**aruulus, qui seipsum despicit.
- P**upillus. Ecclesiæ populus.
- P**orta, dies iudicii, quod olim iudicantium locus esset.
- P**orta uultus Leuiathan, iniqui doctores, per quos ipse ingreditur.
- P**uteus, humanæ iniquitatis profunditas. A V G. in puteum aut lacum decedit, qui quod diuina lex uetuit, delinquendo consuetudine penetrauit. GREG.
- P**ortæ mortis aut inferni, potestates aduersæ. GREG.
- P**ortam angustam, & non latam in terra cum multis ingredi desyderant, qui quæ ad interitum ducūt, euitant. GREG.
- P**ignus, quod confessio debitoris.
- P**actum Leuiathan cū Domino, ut sempiternus eius seruus habeatur xxxiii. xviii. Secreto enim dispensatiōis ordine, unde fauere permittitur Deo iniquitas Diaboli, inde pie in factis perficitur uoluntas Dei.
- P**ortæ duodecim Hierusalem, quod Apocalyp. xxi. totidem in Ecclesia iudicii loca duodecim scilicet tribuū, & totidem

## ALPHABETVM

**A**postolorū mysterio, In hoc sacramento quondam circa tabernaculum castrametabuntur, filii Israhel, ut ex qualibet parte in quadrum, ternæ tribus mansitarent. **GRE G.**

**P**latea, longa, lataq; operatio.

**P**ortæ ciuitatis, bonæ actiones. **GRE G.** portæ inferni & mortis malarū actionum, & peccati potestas. Vnde apud Apoc. Vt per portas intrent in ciuitatem. **ADDITIO.**

**P**auper, cui nullæ spiritus intelligentiæ adsunt, quiq; uirtutū diuitias non habet. Cæcus, qui nec paupertatem suam uidet.

**P**auperes, humiles scriptura uocare consueuit, de quibus in Euang. Beati pauperes spiritu. Quia enim diuitiæ uisibiliter potentes ostendūt, sic apud semetipsos pauperes existūt, qui elati in suis conscientijs non sunt.

**P**auperibus, deus iudiciū tribuere dicitur, quando elatos destruit, humiles uero per iudicium liberos reddit.

**P**edes, extrema Ecclesiæ membra.

**P**edes Domini, prædicatores Euangelii. **AUGVSTIN.**

**P**omum arboris uetitæ (si Allegoriam recte inspicias) temporalia bona seu terrenæ ditidis dispensatio est. **ADDITIO.**

**P**oma, opera fortium,

**P**oma, mysterium spiritalis uitæ. **GRE G.** Aduerso symbolo

**P**oma mysteria (quod Apoc. xviii. carnalis uitæ **ADDIT.** xxvi. xxi.

**P**runæ, succensæ in terrenis concupiscētijs reproborum mentes, quod quando Leuiathan aut superbiæ, aut inuidiæ, aut auaritiæ facibus nos inflammat.

**P**luuia, prædicantium dicta, Vnde per Moysen dicitur, Expectetur sicut pluuia eloquium meum, quod mystica prædicatio legis.

**P**atriarchæ sancti & Prophetæ, qui sub lege sanctos ecclesiæ prædicatores Verbi signabant ad literā. Ad quorū sub compendio uirtutes numerat **GRE G.** lib. x. Cap. vi. itemq; lib. xxxii. Cap. vii.

Pectora

THEOLOGICVM

- P**ectora in angelis, uirtutē insuperabilē seruādiq; uim. Diony.
- P**hiala idem fere quod crater supra C. GREG. per phialam doctrina exuberans.
- P**hiale, larga prædicatio. Cyati tenuis de Deo expositio, quia in dispensatione sacri eloquii non solum exhibenda sunt magna & arcana, sed etiam parua & subtilia, quæ quasi gustu notitiam præstant.
- P**haretra, occultum Dei consilium.
- P**etra, corda fidelium. GREG. Petræ Ecclesiæ. **ADDIT.**  
In petris ( quod apud Iob ) Dominus riuos excidit, quādo in duris Gentiliū cordibus fluuios sanctæ prædicatiōis aperuit.
- P**leiades, testamenti noui gratiā indicant, quod per illam fideles suos, spiritus sanctus septiformi munere illustrat. Greg.  
Vnde Sacramentum septem stellarum Apoc. i. **ADDIT.**  
Arcturus quoq; ueteris Testamenti typum refert xxx. xxix.
- P**ueri, qui cœlestibus mandatis inseruiunt. Vnde Dominus per prophetā. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus.
- P**isces, curiosi huius seculi.
- P**isces maris, huius mundi inquisitionibus occupati.
- P**incipes, principes scripturæ non immerito uocantur, quā magno consilii iudicio suis cogitationibus iugiter principantur, omnesq; stultos motus potestate sapientiæ cōprimunt.
- P**eccatum & iniquitas differunt, ipso tamē usu scripturæ plus iniquitas, quam peccatum sonat, omnis quippe homo libere uereq; se peccatorem fatetur, iniquum uero dicere non nunquam erubescit, iniquitatem Iohan. Apost. peccatū ad mortem dixit. Scelus etiam peccati pondus transit, delictum uero legis sensu peccati pondus non transit. Vnde scriptū, **De** lista quis intelligit. GREG. Peccatum igitur ut uidetur lapsus est iustorū, iniquitas opere incredulitatis censet. **AD.**
- P**urpura in templo, cruor ac tolerantia passionum, amore regni incorruptibilis exhibita.
- P**alpebræ Dei, iudicia eius.

## ALPHABETVM

- P**orta Ecclesiae, per quorum uitam atq; doctrinā, intrat in eam multitudo credentium, de quo scriptum, portas eius posuit in lapides sculptos.
- P**lumbi quod (apud Iob) lamina, Iudæa, Silex, gentilitas.
- P**lumbum, alias auaritia.
- P**rofundum maris, desperata corda.
- P**ili, superflua humanæ cogitationis.
- P**ellis, superficies uirtutis nostræ.
- P**rimogenita nostri uteri, quæ Domino dicamus, uirtutes, **HIERONY.**
- P**anis Angelorū siue cœlestis, sanctæ allegoria scripturæ. Idē.
- P**elles & cilicia, quæ extra in tabernaculo, crassæ hominū mentes, intrus Byssō & Cocco & Hiacyntho fulgente, monstratur non contemnenda præpositorum uita, quæ per pelles & cilicia signatur, qui quod plerunq; exterioribus uacant, sicut illa, uentos, hymbres & puluerem portant.
- P**enna, contemplatio.
- P**ennæ, quatuor animalium iunctæ, quod uno eodemq; sensu sanctorum uirtutes se contingunt. In quibus alius ratione cūcta agendo fit homo. Alius in passionibus fortis ad uersa mundi nō timendo fit Leo. Alius per abstinentiam semet ipsum hostiam offerendo fit uitalus. Alius sublimi contemplationis uolatu fit Aquila.
- P**aradisi conditio, ingressus mundi, unde sua Ecclesiae secula à superioribus generatiōibus uelut à porta euoluūtur. Greg.
- P**ennati bonorum spiritus, qui dum ad altiora per spem ueritatis euolant, prauorum deceptionis retiacula euadunt, de quo scriptum, Frustra iacitur rete ante oculos pennatorū.
- P**ulchritudo pro gloria, pulchritudini (quod apud Iob) male dicere, est gloriam ex considerata damnatione iudicare.
- P**ellicæ tunicæ, quibus Adam induitur, caro forte crassior & mortalis ac reluctans, sub qua & propriā agnoscit turpitudinem.

THEOLOGICVM.

dinem, & Dei facie Adam absconditur. GREGOR.  
NAZIANZE.

Pellicæ tunicæ, mortalitas. ADDIT.

Plagæ, quibus de peccati agitur exterminio. Greg. Nazian.

Pallium tollere ab ecclesia custodes, quod in Canticis, quando secularia quæ intra nos latebant, prædicatione sancta deteguntur. Greg. Pallium ab sponsa nunquid tollitur. Quando aduersa prædicatione solida uirtutum opinione Ecclesia enervatur. ADDIT.

Pontifex legis, creaturarum omnium typum in uestibus portans, indicat cuncta misericordia Dei indigne & expiari.

Pessulus ostii, uoluptas carnis.

Percuti sponsam, est affici prædicatione. Grego. siue ea proba, siue aduersa. ADDIT.

Pharaonis currus, aduersarum coniunctio potestatum, dūce diabolo. BERN.

Pelles Salomonis, quod in Canticis, cælum cœli, uel cælum superius & intellectuale, de quo scriptum, Qui extendis cælum sicut pellem, cælum quippe, quod Ecclesia, non spatii locorum, sed adfectibus animorū extentum distinctūq;. Diuisiones etenim sunt beatitudinum, nam alios quidem posuit Angelos, alios Archangelos &c. BERN.

Q

Quies siue requies, mentis tranquillitas, de quo apud Iob. Somno meo quiescerem, ad hoc quippe in paradiso homo positus fuerat, ut se ad conditoris sui obedientiam uinculis charitatis adstringeret, post peccatū nāq; quasi clamans uigilat, qui contentionē carnis repugnans portat, sicut qui ait, Video aliā legē (quippe carnis) repugnantē legi mentis meæ: quietis silentiū homo cōditus habuit, quādo

## ALPHABETVM

- contra hostem suum liberum arbitrium uoluntatis accepit.
- Q** uatuor paradisi flumina annotat Picus ex Chaldæorū Theologo, cum qui ab Aquilone restum, qui ab Occasu expiationem, qui ab Ortulumen, qui & Meridie pietatem dici ait. Paradiso quoq; Ecclesia signatur, si ad literam spectes, angustior primum, quippe quatuor circūscripta fluminibus, deinde in latissimos terrarū fines, ut uideamus porrecta. In qua etiam Adam & Eua positi, ille Christi, hæc Ecclesiæ typum constituunt, cuius posteritatem in Abel & Cayn relicto semine, in duos constat abiisse populos, alterum ecclesiæ sanctæ, alterum Gentiam parentem, magnæ futuræ rei typo.
- Q** uadrilaterum quoq; nominis Adam mysterium in quatuor terræ angulos effigiatum, idem Picus admonet, quo mysticum illud Deitatis opificium, non manu, sed Verbo constitutum suo in tempore posset inspicere, recipiq; rerum ipsa natura ad mysticam illam creationis seriem, ex rerum contingentium fide signis testimonium perhibente, nisi sonū uocis sine intelligibili sermone, hoc est, literam sine Allegoria præoptes. Liceat proinde non dubie opinari paradisi inuolucro, primam uetustissimamq; terrarū Aegyptum innui, tum quæ illi confines inclytis quatuor fluminibus irrigantur terræ. Vnde non loci, sed sortis commutatione, depulsus postea dicatur, quisquis ille erat protoplastus, cui post præuaricationis culpam dicitur, Terra es, & in terram ibis. **ADDIT.**
- Q** uatuor paradisi flumina, quatuor uirtutes, prudentia, temperantia, fortitudo, iusticia, quia dum his quatuor uirtutibus cor irrigatur, ab omni carnalium æstu subtrahit. **Greg.**
- Q** uatuor sunt tempora, præfigurationis, prænunciationis, uisitationis, redemptionis. **BERN.**
- Q** uadraturam Tabernaculi Domini **CYRILLVS** author, mystica urbis Hierosolymæ constructione, aut quatuor bonis lob. colligit. Equidē Vrbi sapientiæ, templo magnanimitatis

THEOLOGICVM.

nimitatis, muro iustitiæ, palatio modestiæ domibus, quibus uirtutibus magnorum siquidem quatuor uitiorum impetus subruitur, quæ sunt, demetia, superbia, auaritia, in temperatiã. Quæ eadem bona Iob. Quippe Sabæi stultitiæ, uastantes boues prudentiæ, Chaldæi superbi, Camelos magnanimitatis tollentes, ignis luxuriæ, oues munditiæ comburens. Ventus auaritiæ in domum conuiuantium irruens & decem iustitiæ præcepta penitus subuertens. Eadẽ illa Nabuzardan in subuersione Hierusalem destruebat, quod ille quadripertito Apologo decentissime (quod Græcus homo latine potuit) prosequitur, in hoc adnixus, ut statua Nabuchodonosor petra Domini nostri Ihesu Christi quadruplicato tota istu feriatur.

R.

**R**adix, uiniciuq; sua cogitatio.

Radix arboris, cogitatio mentis.

**R**adix iustorum, sancta prædicatio. Radix iusti, natura humanitatis. Vnde Christus Dominus lignum plantatũ secus decursus aquarum. Quia fructum & copiam sui nobis umbraculi proferens apparuit in carne, ut eius resurrectione robustum fieret, quod per defectionem quotidie ibat ad mortem. Decursus quoq; aquarum, sunt quotidiani transitus deficientium populorum.

**R**adix uitiorum, superbia. Greg. Radix arboris uetitiæ germen cupiditatis. **ADDITIO.**

**R**adii Solis, acumina sapientum. Solis radii sub Leuiathan (quod apud Iob) esse dicuntur, cum docti uiri sapientiæ suæ acumina, non libere agendo subleuantur, sed ad uestigia Antichristi peruersitate operis, & blandimento adulationis se inclinant.

**R**eptilia, in reptilibus cogitationes omnino terrenæ signant.



## A L P H A B E T V M

- R**espondere Dei, est cum de se humiliter sentientem cognouerit, occultis inspirationibus erudire.
- R**idere Dei, est sanctorum uias fauore prosequi.
- R**espicerere Dei, est ea quæ amissa & deperdita fuerant, ad suam gratiam reformare.
- R**egnū cœlorū, ecclesia uocat, cuius quod mores ad supna dominus subleuat, iam per fidei cōuersationē in cœlis regnat.
- R**iuus fluminis, dona Spiritus sancti.
- R**ota, uim actionis angelica, qua recta in anteriora per ardua quæq; tendunt, itidemq; reuolutionis, atq; etiam reuelatiōis symbola.
- R**ubigo, ira, per quā uirtutū fructus, impatiētia flāma tabescit.
- R**hinoceros, terrenus princeps diabolus, elatus & irrisor.
- R**egulus, reproborum caput Antichristus, de quo scriptum, de radice colubri egredie. Regulus.
- R**egeneratio, quam Dominus in Euang. resurrectionē dixit.
- R**euelatio instantiū aut præsentiū operum Dei, quæ ex Verbi corpore accepta cognitio. Vnde scriptum, Non faciet Dominus Verbum, nisi prius reuelauerit Verbi secretum ad seruos suos Prophetas, & in Hiob, adueniēte, inquit, luce, manifestat eum amico suo, **A D D I T.**
- R**euelationem cogitationum, super uerbo eo Euangelico Berda interpretans, tunc solum in Iudæa erga Dominum factā dixit, post etiam aduersus Verbum creditam astitari. Quando post reuelatum Dominū, lecto uel audito prædicationis Verbo, alii audientiū libenter auscultant, & gaudentes quæ audiunt perficiunt, alii fastidientes audita, insultando nituntur contraire.
- R**etro, retro est omne quod transit, Ante uero est, quod ueniens permanet, de quo Paulus (lingua loquens) unum retro oblatus ad ea quæ sunt ante extensus.
- R**enes, delectatio & incentiuum carnis.
- R**obusti, mente inuicti.

THEOLOGICVM.

- R**eges, qui tentationum motibus præfunt.
- R**uboris nomine, sancti deſyderii flamma.
- R**esurrectionis fides, obedientia.
- R**esurrectio ſanctorum, reſtitutio eleſtorum, reſurrectio proinde myſtica carnis Chriſti, reſtitutio eſt corporis Eccleſiæ.
- Caro auté in ſacro eloquio dupliciter ſumitur, & quæ iuxta naturam, & quæ iuxta culpam poſt corruptionem: de priorẽ ſcriptura, Hoc nũc os ex offibus meis, & caro de carne mea, Et illud, Verbum caro factum eſt. De altera dictum, Non permanebit ſpiritus meus in ho. eo quod caro eſt: & illud ité, Ad te om̄is caro ueniat. **GREG.** proinde ſi Chriſti incarnatio, ut **Greg.** ait: eius deſponſatio eſt, nonne carnis reſurrectio, nuptiarum agni & ſponſæ tempus erit, quo uox ſponſi & ſponſæ audiri tunc deſinat, ut Apocalypſis uiceſimo.
- R**esurrectio prima, de qua ſcriptura, Beatus qui habet partem in reſurrectione prima, quod ille nimirum poſt carne ſcèliciter reſurget, qui in hac uita poſitus, & mentis ſuæ morte, id eſt, peccato ſurrexit. **GREG.** Non reſurgere deinde impios in iudicio eſt ad indulgẽtiam ſanctis pœnitentiæ prædicationem, qua illi ab impiis diſcernuntur, nunquam ad pœnitentiã reuocari. Nam ideo etiam iudicii diẽs ab Iohãne Apoſt. nobiſcum eſſe dicitur, quod dum in hoc mundo ſumus, & Domino iudicari, ſiue piorum, ſiue impiorum iudicio non deſuiimus. Vnde ſcriptũ, Sedebit Dominus Rex in æternum, & ipſe iudicat orbem terræ. **ADDIT.**
- R**efidui, quod apud Prophetas aut Apoſtolum. Refiduos atq; uiuẽtes Paulus Apoſtolus uocat, nõ quo uelit intelligi, & ſe, & alios reſurrectiõis tempore in corpore reperiendos, ſed reſiduos pro eo quod iuſtos dixit. Et ſic apud Eſdrã quippe reſidui qui ſermonis Dei præſtolãtur aduentum. **HIERO.**
- R**esurrectio carnis, mundi ſinis **GREG.** ſiue adſumptio carnis. **ADDITIO.**

ALPHABETVM

- R**esurrectio nostra, uitæ spiritualis in similitudinem Christi assequutio, meliore & perfectiore quam antea, sed eadē eiusdē hominis essentia. Vnde Paulus, Quod seminatur corpus, animale est, resurget autem spiritale: itaq; quod Christus resurgens cum Apostolis cibum sumpsit uegetabilis officium corporis ob adstruendam illorū fidem usurpauit, quod clauis ianuis ad eos ingressus est, spiritalem & diuinam essentiā in una eademq; substantia ostēdit. Sicut forte dicimus in homine, post rationalem uim, sensitiuam quæ est animantiū, & uegetatiuam, quæ est arborum, plantarum ue nihilominus inesse, sed nobiliore atamen principante substantia. Sic carne spiritualibus officiis assurgente. **AD DIT,**
- R**esurrectionem carnis nostræ, Gregorius sanctus mundum sua elementa imitari docet, quando per quotidiana momenta lux ipsa temporalis quasi moritur, & quasi quotidie resurgit, dum suppressa nocte reparatur. Arbuta quoq; uiriditatem foliorum amittunt, & fructuum prolatione cessant, cum eadem subito rediuiuo foliorum & fructuum decore uestiantur. Semen deinde exile in terram iacitur & quo & lignū fortitudine robustum & uiriditate germinans, & ubertate fructificans oritur.
- R**os, prædicatio sancta.
- R**iuuli fluminis, dona Spiritus sancti. Riuulos Ecclesia in petris excidit, id est, in gentilium cordibus prædicatiōis uiam aperuit.
- R**ui olei ex petra (quod in Iob) prædicatio Christi, quod euāgelium mentibus auditorum unguendis ueterum librorum, quæ de Christi mysterio explanat, quibus quisquis tingitur, is ungitur. Vnde scriptum, Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea.
- R**ixa intra nos oritur, cū mens increpatione se dilaniat, & ad lamenta pœnitentiæ incitat.
- R**ugitus, prædicatio. Hinnitus idem.

## THEOLOGICVM.

- R**upes, hæreticorum dogmatista.
- R**upes siue prærupti silices, alias fortissimi Angelorū spiritus, qui quamuis non integri, sed tamen proprio statu fixi, cadente cum suis angelis Diabolo, remanserunt. Rupes proinde spirituum, inaccessæ cordibus peccatorum uirtutes.
- R**ugæ, duplicitas, rugæ sunt sanctæ Ecclesiæ omnes, qui in ea dupliciter uiuunt, qui fidem uocibus clamant, operibus denegant. Has autem rugas in electis suis sancta ecclesia nō habet, quia nesciunt aliud deforis ostendere, & aliud intus habere. Maculam quippe aut rugam sancta ecclesia nō habet, quæ & turpitudine operis & duplicitate sermōis caret. Nota.
- R**ationem (quod apud Iob) cœlorum Dominus narrat, dum gestarum Dei Verbo rerum ordine, iam nunc suorū mentes illuminat.
- R**ubum ardere quem Moyses uidet, est inflammari ecclesiam persecutionibus, & eam loquente in illa Domino non perire. **HIERON.**
- R**ota, seculi seu mundi symbolum. Idem.

## S.

- S**acrificium absoluendis hominibus **CHRISTVS**. Neq̄ etenim iustum fuit, ut pro rationali homine expiando brutorum uictimæ caderēt, ut ait Apostolus, necesse est exemplaria cœlestium hostiis animalium mundari, ipsa autē cœlestia melioribus hostiis quam ipsa, igitur pro rationali peccante, rationalis hostia mactanda erat, quæ ut rationabilis esset, & homo fuerat offerendus, & a peccatis ut mundaret hominem, homo sine peccato: homo proinde Deus ex uirgine natura non culpa adsumpta, fecit pro nobis sacrificiū corpus suū, qui & occidi humanitate, & iustitia mundare poterat, mortem soluens indebitam, ut nobis debita nō noceret.
- S**acrificium Deo, cum uitam nostrā cultui diuino dedicamus.

M

## ALPHABETVM

- S**acerdos, fidelis quisq. GREG. xxy. xxiiii.
- S**agenæ, Ecclesiæ fidelium.
- S**agittæ, aliquando prædicationis uerba, aliquando animaduersionis sententia. lib. vii. Nu. vii.
- S**al, occulta literæ intelligentia ad allegoriam GREG. Sal sapientia. ADDITIO.
- S**aliua quæ quod de capite in os disluit, saporem intimæ contemplationis signat.
- S**amplon, quod maxilla Asini hostes peremit, redemptor noster signatur, qui simplicitate & patientia prædicantiû suæ potestate uirtutis carnales interfecit.
- S**anies culpa, id est, testa (quod apud Iob) sanies raditur cum carne culpa superatur.
- S**terquilinum, corda pœnitentiû.
- S**ancti, qui nec ex elatione sunt liberi, nec ex timore submissi, sed cum eos reſtitudo ad libertatem uocis erigit, confyderatio infirmitatis propriæ in humilitate custodit.
- S**edere in throno Christi, uinceti cuilibet, quod Apoc. iii. hoc est, quia enim iudicii principatum ex Christi uirtute percipimus, uelut in Throno eius residemus.
- S**tellæ, stellas, uirtutes dicere non me pœnitet, quomodo nempe stellæ in nocte lucent, in die latent, sic uera uirtus quæ sæpe in prosperis non apparet, eminent in aduersis. BERN.
- S**tellæ iusticia sanctorum, stellas de cœlo in terram cadere, est relicta spe cœlestium, dracone duce, ad ambitum gloriæ secularis anhelare. GREG.
- S**tellarû quoq; obscuratio (quod in Apoc.) hypocrisim signat.
- S**tellæ, animæ beneuientium. Stella docti intra Ecclesiam.
- S**olitudo, gentilitatis. Solitudo mentis, uirtus contēplatiōis.
- S**anguis desyderia carnis. Sanguis, malitia mentis iustas animas crucians. Sanguis sanguinem tangit, quando culpa culpam cumulat.
- S**igna actiua significatione dicta, quia rebus signatis subſternuntur.

## THEOLOGICVM.

nuntur. Vnde Tertul. Omne signū eius est res ( inquit ) cuius est signum , & omni rei ab eo imponitur signū cuius est res significatiua , proinde symbolica Theologia , quæ signorum uestigatio dicta , ac siquidē scriptura omnis sub allegoria signorum elata , per singulos scripturæ locos , dignissimos hac duce sensus est inuenire , eius inquisitionis ratio ( quod iam admonuimus ) ab intelligibili mundo ad materiale hunc deducitur , elementa quatuor , aut quæ ex his generantur , subiecta habens , quod & DIONYS . & ante hunc Paulus ostendit , ipsam siquidem mundi uisibilem fabricam , inuisibilibus Dei subsignari , & heu male neglectam seculo Theologiam .

**S**ymbolorū quoq; alia amicitia , alia inimicitia uelut per Antitheta ostendēs **A**NSHELMVS colligit , Est , inquit , Leo de tribu Iuda qui uincat , Est Leo circumiēs quem deuoret . Est scripturis hœdus emissarius , qui peccata nostra portauit . Est hœdus & sinistris qui damnatur . Est ignis zeli boni , quē misit Dominus in terram , ut ardeat . Est ignis qui super impios cadit , ut non uideant solem . Est aqua quæ cuius flumina fluunt de uentre credentis . Est aqua furtiua aut cuius tempestas nos demergit . Est sol iustitiæ qui illuminat , est sol qui sanctos nō adurat , per diem nimirum malam .

**S**ymbola animalium strenæ loco auditoribus suis proponere solitum , Cyrillum illum magnū quodam in fragmento sic reperitur . Equidem Leonem Regibus , cuius est prostratis parcere , quos perinde iustitia , magnanimitas , sapientia , & misericordia deceat . Pelicanum , animam & uitam pullis impendentem , prælati Xenion . Gallinam nobilium & Miluo pullos suos protegentem , sicut ab illis decet subiectos protegi . Deinde Reipub. restorū Grus , quod hæc seriatim uolat , ordinis & ducatus symbolo . Columbam coniugum , cuius est erga marem amor & coniunctio . Turturem uiduuarum , quæ perpetua uiduitate lugere dicitur , amissam comparem .

## ALPHABETVM

**A**pem uirginum, quod non nascitur ex coitu, sed e uermiculo, floribus & munditiæ dicatam. Artificiū auis dicta *Stra* copod, quæ nidum ab infra firmum facit, ita illos nō firma, sed utilia & pulchra opera facere oporteat. *Struthionē* ferrū & restas digerentem, spiritualibus, qui quod tam asperos q̄ molles cibos digerit, & deserta prælegit, uitam solitariam suadet spiritualibus. *Cignum* senibus, qui quod in morte canit dulciter, ita illi Deo laudando se præparent circa uitæ finem positi. *Formicam* quoq; iuuenum, quæ æstate sibi necessaria procurat, quibus hyeme sustentetur in pace, sic illos temporis usutam bene collocare. *Pincernis* metretam *Moy* si quæ dicebatur *Gamma*, ne subtrahant uidelicet & mensura, quia *Gammate* omnes æqualiter manna colligebant. *Diuitibus* canapellum *Piennitzku*, ut sint misericordes erga pauperes, sicut illa nutrire solet pullos aliarum aticularum, cuius *Cuculus* quando inuenit oua, exhaurit, & sua supponit, quæ mox *Canapellus* incubans excludit, hæc illinc.

**S**ymbolorum, alia dextræ, alia sinistra notæ, sicut à primitiua aut corrupta naturæ intentione ducuntur, quæ opposita idcirco significatione procedunt, quia illa secundum diuinæ generationem originis, hæc præter diuinæ originis ordinem proprio peculiariq; motu nō nisi aduersentur primitiuae naturæ, quæ Deus, sicut quæ ei contraria potestas cōtigit *Antideus*. Hinc iam patet etiam bonorum & descendentium ratio spiritū. Neq; tamen ob hoc oportet duo cū *Manicheo* principia ponere, principium enim omnino unum esse oportuit, quod quicquid secundarium est, præter principium est, quamuis ad principium componatur. Sic *Leuiathan* non in principio creatus, neq; cum mundo eductus memoratur, quem Deus creauerat bonum per omnia, sed principium uiarum Dei postea factus; neq; creatus dicitur, perennat enim quicquid creatum est semel, sed & caput *Leuiathā* conteritur. Ista nunc eadem ratio est resurrectionis, & in die

sua

## THEOLOGICVM

sua uisitantis Domini super serpentem antiquum, cum Verbi sit officium proprie infima quæq; per media Hierarchico ordine ad superiora reducere. Hinc proinde aduersas signorum positiones per omnem scripturam obseruare oportet. Vnde & illud quod occurrit exiit, paruulū occidit inuidia, cū alibi sic, Intellectum dat paruulis. Sunt quippe paruuli mundi, & paruuli Dei. Hi charitate, isti inuidia paruuli censentur.

### ADIECTIO.

**S**tratum quod lectus. Parata requies. Vnde quod dicitur, uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius, perinde est, ut omne quod hic sibi parauit ad requiem, hoc ei occulto iudicio mutasti ad perturbationem, de Christo aut Ecclesia accipiendum.

**S**cutū, scuti nomine sacra scriptura aliquando in parte prospera, aliquādo in aduersa uti consueuit, nam sæpe scuti defensio, pro diuina protectione ponitur, ut, Scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Nonnunquā pro humana repugnatione, ut ibi, Confregit arcum, scutum, & bellum.

**S**cutum defensio, scuta igni comburit Dominus, cum peccantium mentes obstinata se duritia defendentes, Sancti spiritus calore, ad pœnitentiæ & confessionis ardorē succendit.

**S**agittæ, uerba prædicatorum, hinc illud, Sagittæ paruulorū factæ sunt plateæ eorum. Interdum diuitiæ animaduersiōis sententiæ.

**S**quamas habere dicitur Diabolus, ne ad eius præcordia transendi uiam, Verbi sagitta habeat.

**S**emen, Verbum prædicationis.

**S**picæ, bonarum cogitationum germina.

**S**terilis, caro. Vnde scriptum, Pauit sterilem.

**S**truthio, hypocrita. Struthio synagoga.

**S**enes, qui morum maturitate: Iuuenes, qui consilio immaturi censentur.

**S**pinæ, diuitiæ, Domino interpretante.



## ALPHABETVM

- S** pina, omne peccatum nimirum pungens.
- S** entes, temporales diuitiæ. **GR E G.**
- S** ulphur, peccata carnis. **Greg.** Sulphur ira insensati. **Cyri**,  
**S** ponsa ecclesia, compar Christi in carne, & compos immeri-  
 to, Sponsi proinde **Methodio**, adulteri dicuntur, ad spon-  
 sum, inquit, **Greg.** ueniunt, qui de his quæ foris egerint,  
 intus gloriã requirunt.
- S** ol in scriptura sacra cum figurate ponitur, plerunq; **Dom** /  
**nus** Christus, aut illustratio ueritatis. In **L V N A** quæ men-  
 struis suppletionibus deficit, mutabilitas temporis accipitur.  
**S** ol item aliquando persecutionem, aliquando intelligen- /  
 tiam sapientum repræsentat. Vnde (quod in **Apoc.**) **Phialã**  
 in solem effundere, est persecutionis supplicia uitis sapienti-  
 bus irrogare.
- S** eptenario numero uniuersitas **O** ctonario requietudo, aut no-  
 ua creatio.
- S** eculũ, pro his qui in seculo scelerati sunt ponitur. Vnde scri- /  
 ptum, Quicũq; amicus esse uoluerit seculi, inimicus **Dei** cõ-  
 stituitur, **Iaco. iiii.** **Greg.** nihil (inquit) in hoc mũdo aman-  
 do, etiam quæ possidetis cuncta reliquistis.
- S** inus, cordis, in sinu Verba **Dei** (quod in **Iob**) abscondimus,  
 quando mandata eius opere seruamus.
- S** ardonice lapide, quia terræ rubeæ similis, humanitas **Greg.**  
**Iaspide** diuinitas Christi, quod **Apoc. iiii.** **A D I E C.**
- S** ardonice lapide, patres Testamenti ueteris, qui licet magna  
 iustitiã prerogatiua fulgerẽt, attamẽ alibi carnẽ præ se fere-  
**S** edes **Dei** sancta ecclesia intelligitur. (bant.
- S** olium **Dei**, angelicæ potestates, quarũ mentibus altius præ-  
 fidens, inferius cuncta disponit diuinitas.
- S** tare in cõspectu **Dei**, est cũ nos ipsos fiendo diiudicantes, pœ-  
 nitentiã agimus. Sic **Heliã** de se inquit, **Deus** **Isracl** in cuius  
 conspectu sto, & si fuero iudicatus, scio q; iustus inueniar.
- S** tare, recte est agere.

Sepulchrum

## THEOLOGICVM.

- S**epulchrum, aſtiuam piorum uitam, nonnunquam contem-  
platiua eorum uita. Vnde ſcriptum, Ingredieris in habun-  
dantia ſepulchrum.
- S**epulchrum, æterna requies.
- S**epulchra, reprobōrū corpora, in quibus extinta à uita bea-  
ta animæ, uelut in ſepulchris latent. Sic Dñs in Euan. Se-  
pulchris dealbatis Scribas & Phariſeos comparauit.
- S**ilentiū, contēplatio. Greg. Silentium primū fuit ante legē:  
ſecundū, inter legem & gratiā. Tertiū, erit poſt hanc uitam.
- S**ilex aut lapides, Gentilitas.
- S**olitudo ſeu deſertum, infidelitas. Vnde per Eſaiam dicitur,  
Ponam deſertum in ſtagnum aquæ, terram niueam in riuos  
aquarū, & dabo in ſolitudinem Cedrū, ſpinam, myrtum, &  
lignū Oliuæ. Quod Gentibus fluenta ſanctæ prædicationis  
aperiam. Deinde Cedrus promiſſionis ſigna exhibētes, ſpi-  
næ corda audientium compungentes, Myrtus per adſectio-  
nem proximorū compatiendo temperant, eo quod tempera-  
tiuæ ſit uirtutis. Oliua miſericordiæ lucentes. Abies, qui alta  
contemplantur. Vlmus ſecularium mentes, nullum uirtu-  
tum fructum ferentes. Buxus, qui intra ſanctam Eccleſiam,  
ætatis infirmitate bona opera producere non ualent, ſed pa-  
rentum fidelium credulitate ſequentes, fidem perpetuæ ui-  
riditatis tenet.
- S**enarius numerus, perfectio operationis.
- S**corpiones, increduli & ſubuerſores. Vnde Ezechieli dictum,  
Cum ſcorpionibus habitas.
- S**olitudo, corporis inhabitatio diſta, de quo ſcriptū, Cui dedi  
in ſolitudine domū, neq; autē prodeſt ſolitudo corporis, ſi  
ſolitudo deſuerit cordis, qui enim corpore remotus uiuit, ſed  
tumultibus conuerſationis humanæ cogitatione ſe inſerit,  
non eſt in iſta ſolitudine, ſicut ſi quis popularibus turbis ex-  
tra prematur, & tamen nullos curarum ſeculariū tumultus  
in corde patiat, non erit in ciuitate ſeculi.

## ALPHABETVM

- S**inus secretum mentis.  
**S**tercus, fetor luxuriæ carnis.  
**S**erpens, qui callide falso pollicetur temporalia, quasi menti-  
 bus hominum per ea supplicia leuiget, quæ Deus commina-  
 tur æterna, nam cum præsentis uitæ gloria spondetur, quid  
 aliud dicitur quam gustate & eritis Dii, lib. xxiiii. Nu. vi.  
**S**igillo claudi dicitur, quod in tempore suo in mediũ proferet.  
**S**emita cogitationes.  
**S**emel Deus loquitur (quod apud Iob) & secundo idipsum non  
 repetit, non quia cunctorum quæstionibus priuatim respõ-  
 deat, sed quod scripturam sanctam nostris interrogatiõibus  
 semel obiecit.  
**S**ylua, delictorum. Securis, increpatio.  
**S**omnus Dei, excellentia exempta à creaturis omnibus prou-  
 dentia ratione gubernata. **DIONYS.** Econtrario som-  
 nus noster uidetur excellentia ignorantia, creaturæ cogno-  
 scibilis, quæ prouidentia tamẽ superna gubernetur. **ADIE.**  
 Enigilatio uide infra **E.**  
**S**inapis granum. Christus. **GREGOR.** Sinapis granum  
 gentilitas. **ADDIT.**  
**S**alicum nomine, aliquando pro uiriditate boni, aliquãdo pro  
 sterilitate reprobì designantur.  
**S**alices torrentis (quod in libro Iob) amatores fluxæ & morta-  
 lis uitæ, & bonis actibus alieni.  
**S**pecies hominis, alter homo nimirum proximus.  
**S**indon, subtilis intextio sanctæ prædicationis.  
**S**indon, fides. **GREG.** Sindon siue mundus, opera iustifica-  
 tionis. **ADIEC.**  
**S**udes & Pali, acuta consilia sanctorum.  
**S**artago, frixura mentis, quam ipse Paulus demonstrat, cum  
 dicit: Quis infirmatur, & ego non infirmor. Quis scandali-  
 zatur, & ego non uror.  
**S**apientia Dei, Dei filius, de quo apud Iob, Non adæquabitur  
ci aurum.

THEOLOGICVM.

- ei aurū uel uitrū, nec adæquabitur ei Topazius & Sapphyrus: Quippe creationis Dominum, & creatis omnibus separans. Vnde sapientia eidem de occultis trahi dicitur, quia inuisibilis Dei filius non nisi per hanc uisibiliter inuenitur. Enarrare quoq; sapientiam Deum, hoc est, quando ab humana mente, quod de aeterna Dei sapientia species patris & uerbum dicitur, penetratur. Quis namq; intelligat, uel Verbum sine tempore, uel speciem sine circumscriptione, xix. xxii.
- S**atellites, elatae mentis nostrae cogitationes.
- S**cala, quando mens ab exterioribus in se transit, ut à se in authorem tendat.
- S**cire Dei, est facere nos scire.
- S**peculum, sacra scriptura, mentis nostrae oculis opposita.
- S**ecuritas sanctorum, quae ex sola humilitate nascitur.
- S**timuli, quod clauis, uerba sapientum.
- S**epelitio, cognitionis. Sepelimur contemplatione.
- S**eruus, qui peccato & corruptioni obnoxius. Vnde Salomon ait: Vidi seruos in equis, & Principes ambulantes, quasi seruos super terram.
- S**ibilus aurae tenuis, sapor contemplatae Deitatis.
- S**implicitas, quod rectum uel restitudo.
- S**implicitas in Deo, sapientia & fortitudo, seu uirtus eius.
- S**picae, patrum sententiae, quia dum per figurata eloquia profertur, ab eis tegimen literae quasi aristarum paleas subtrahimus.
- S**itis impiorum, qui agendo crudelia, ferociore sunt persequendo, de quibus dictum, Sitiunt calcatis torcularibus: impio quippe sitire, est huius mundi bona concupiscere.
- S**ol, aliquando claritas praedicatorum, sicut per Ioannem dicitur, Factus est sol ut faccus cilicinus. Saccus ostendit, quia fulgens uita praedicatorum ante reproborum oculos aspera & despecta monstratur, qui stellarum quoq; claritate figurantur, quia dum recta peccatoribus praedicant, tenebras nostrae

## ALPHABETVM

- noctis illustrant. Vnde scriptum, Qui præcipit Soli, & non oritur, & stellas claudit, quasi sub signaculo.
- S**ole, manifesta Dei uisio designatur.
- S**onus de ore Dei. **V**is timoris de superna irruens aspiratione.
- S**onus, Spiritus sanctus.
- S**pelunca, est corruptio nostra.
- S**polia, sacrorū eloquiorū expositio. Vñ Paul. Diuisit spolia.
- S**qualor, miseria culpæ mortalis.
- S**ternutatio Leuiathan, (quod apud Iob) Quādo qui membra illius sunt, ex præsentis seculi prosperitate sese eleuant.
- S**piritus, internæ cogitationes. Flatus, externæ actiones.
- S**capulæ, qui gestant. Obumbrat Dominus scapulis, quia dū portat defendit.
- S**tipula, homo propter deiectionem.
- S**tipula, iniqui, stulti, Gentiles.
- S**tella eloqui Dei, significat mensuram doni, stellæ quoq; ro-  
ris prædicatores, apud Iob.
- S**tilus ferreus, fortis Dei sententia. Sicut innocentia quando iniuste se feriri uidet, ne in tumorem elationis infletur uer-  
beribus pressa ad iudicia occulta reuocatur, quo superna sen-  
tentia, & si nō est cognita, non tamen credatur iniusta, sed  
eo saltem iustum credat quod patitur, quo Deo nimirum au-  
thore flagellatur. Magna enim satisfactio percussione est,  
uoluntas iusti conditoris, quæ cum iniustum facere nil solet,  
iusta cognoscitur, etiam tum, cum latet, in quo cum diuinæ  
uoluntati coniungimur, mox à nostra iniustitia eo ipso li-  
beramur.
- S**ucciditur, quod ictibus ingeminatis, in profundū ruit. Suc-  
ciditur peccator à mane usq; ad uesperā, dum à uitæ suæ exor-  
dio, usq; ad uitæ terminū iniquitatis perpetratiōe uulnerat.
- S**uspendium animæ, id est contemplatio sanctorum.
- S**urgere, lapsorū est. Surgere ante lucē, est priusq; claritas æter-  
næ retributionis appareat, in præsentis uitæ nocte gaudere.
- Scirpus

## THEOLOGICVM.

- S**irpus, hypocrita, fauoribus inflatus, cogitationes suas in exquirenda hominum admiratione multiplicans. Occultis quoq; cogitationibus, laudes hominum requirens.
  - S**apientiam inuenire, est per illuminationē mentis nostræ iudicare præsentiam maiestatis diuinæ. xix. x.
  - S**ufurrium, rimæ contemplationis Dei, quæ tot ad nos rima rum ingressus habet, quot creatis opibus diuinitas præsidet.
  - S**ubiectio filii (quod Apostolus ad Corin.) ob ecclesiā dicitur, cum illa nihil spurium, nihilq; adulterinū habens, syncerum germanumq; Deo populū offert. Sic post consummatas passionis Dominus, post resurrectionem, post transitionem in cœlos, ubi Paulum furere uīdit aduersus Ecclesiā, quid me (inquit) persequeris, proprias sibi faciēs ecclesiæ passionis. Itaq; Paulus cum Ecclesia subiicitur, Christum dicit subiici.
- CHRYSOST.**
- S**acrificiū iuge (quod apud Danielē) tollit, qui studium cōuertatiōis sanctæ ecclesiæ in eis quos cœperit, interrūpit. Greg.

## T.

- T**abernaculum Dei, mens nostra est.
- T**abernaculum, mentis inhabitatio, omnes enim qui diuitia præcepta metuunt, tabernacula Dei fiunt. Vnde de eo per semetipsam ueritas dicit: Ego & pater meus uenimus, & mansionem apud eum faciemus.
- T**abernaculum iniqui, est caro.
- T**abernaculi typo exordium surgentis ecclesiæ, **ADDI.**
- T**emplum Dei, mens iusti, qui in imitationem quādam Dei construimur.
- T**empli typus, ecclesiæ demonstratio, quod Apoc. xi. **AD.**
- T**erra, corda carnalia.
- T**erra siue puluis, peccatores.
- T**erra aliquando conscientia sanctorum.

## ALPHABETVM

- T**erra, ecclesia, de qua dictum, Germinet terra herbam uirentem. Ipsa enim nos Verbi pabulo, & patrociniū umbraculo custodit.
- T**erra de qua oriebatur panis (quod apud Iob) in loco suo igne consumpta est Synagoga, quæ & mandata Dei per legem protulit, & nascentē Ecclesiam persequens, inuidiæ se igne consumpsit.
- T**erra, est Verbum Dei, quam quanto labor inquirentis exigit, tanto largius fructū reddit. Debet ergo intellectus sacri eloqui multiplicitate inquisitione uentilari, qui sicut terra dum sapius arando uertitur, ad frugem ubertate aptatur.
- T**erra hominis, paradysus extitit, poma etiam terræ huius fuerunt mandati sermo.
- T**estes Dei, electi eius, testes suos (quod in Iob) Dominus aduersum nos instaurat, quia bona quæ facere ipsi negligimus, hæc ad correptionem nostram ab aliis fieri demonstrat.
- T**ympanū, carnis mortificatio. Quid est proinde dicere, Sumite Psalium, & date tympanum. Accipite spiritale canticum corde, & date temporalem macerationem corpore. Siquidē & in tympano coriū siccatur prius, ut sonare possit.
- T**orcular, omnes qui Ecclesiam persequuntur, quid aliud quā torcular calcant, quod Apoc. xiiii. & xix.
- T**rituræ tempus, præsens Ecclesiæ seculum, cum adhuc grana sub paleis latent, unde fructus expectatur.
- T**aurus, ceruix superbiæ.
- T**imor Dei, iustorū accusatio sui existit. Seruire Domino in timore, & exultare ei cum tremore, hoc est, cum de spe sanctorum exultatio, de suspitione timor nascitur.
- T**imor Domini anchora, cordis dicitur, quæ plerunq; fluctu cogitationū quatitur, sed per disciplinæ suæ uincula retinet.
- T**hus, humilitas in oratione. Thuris incensum, uirtus est orationis.
- T**urtur, uide supra C.

THEOLOGICVM

- T**ria ad summa ecclesie secula (Trinitatis puto mysterio) apud  
Iob ita signantur lux conditorum. Cassia redemptorū. Cor  
rustibii, adsumptorum in gloria. **GR EG.** Quæ uidentur  
legis gratiæ & constitutionis. **ADDITIO.**
- T**horax, patientia.
- T**onitru gentium est, siue prædicatio apud Gentes impensa. **T**  
**HIERONY.**
- T**onitru, aliud igneum, aliud pluuiale. **BERNH.**
- T**onitruum, prædicatio superni terroris accipitur, per quã su-  
pernorum iudiciorum horror auditur.
- T**onitruui filii Apostoli uocati, Quod in tonitruo ipse incarna-  
tus Dominus aliquãdo figuratur, qui ex antiquorum patrū  
cōueniente prophetia ad nostram notitiam, quasi ex nubiu  
collisione prolatus est.
- T**onitruum, aduentus magnitudinis Dei.
- T**opazius, quod omni colore resplendeat dictus, quasi quod  
conuerfa ad Deū gentilitas multis uirtutū coloribus luceat.
- T**urris, culmen auaritiæ, Turris quoq; David (quod in Canti-  
cis) speculatio fortitudinis. Turris proinde Babel, & Turris  
Siloe expositionem habes, & eius quod scriptum, Turris for-  
tissima nomen Dei,
- T**uba, aliquando uox secularium potestatum **GR EG.** Tubæ  
in Apoc. uoces & imperia cœlestium uirtutum. **ADDIT.**
- T**uba, qua unusquisq; credentium, uel ad prelium, uel ad sa-  
cerdotalia mysteria prouocatur **HIERON.**
- T**ubæ, clamor prædicantium.
- T**ali, prima nostri operis uestigia.
- T**ribulus, punctio.
- T**orrentes aurei, doctrina intimæ claritatis.
- T**erra, peccatrix gentilitas. terra, ecclesie fundamēta. **AD.**
- T**erra de loco suo mota dicitur, cum plebs Israhelitica de lu-  
dææ finibus euulsa, quia subici auctori suo recusauit, colla-  
gentibus subdidit. **GR EG.**



## ALPHABETVM

- T**inea, hæretici qui corrumpendo sibi domos ædificant.
- T**inea, tentatio carnis.
- T**enebræ, ignoratiæ. Lux scientiæ. Nazian. Tenebræ mystici allegoriarum nodi. Vnde scriptura, Tenebrosa aqua in nubibus aeris, id est, occulta sapientia in prophetis, GREG.
- T**enebræ, aduersitas.
- T**enebræ ad cæcitatem pertinent, miseria ad dolorem.
- T**enebris tempus (quod apud Iob) posuit Dominus, id est, iniquis modum, quo iniqui esse desinant. Vnde sponsa in Canticis auroræ comparata, quæ per cognitionem fidei à peccatorum suorum tenebris purgata, iustitiæ luce comæmutatur, xviii. lxviii.
- T**indi colores Indiæ (quod apud Iob) sunt huius mundi sapientes, qui superinductæ honestatis colore fucantur.
- T**abernaculo impiorum, ædificatio terrenæ foelicitatis exprimitur, per quâ super se reprobi casura multiplicant, ut se à præsentis uitæ necessitatibus, quasi ab æstu & hymbribus defendant. Honoribus namq; excrefcere ambiunt, ne despecti uideantur, terrena aggregando cumulant, ne inopiæ frigore tabescant. Student nomen dilatare, ne lateant, si deniq; uncta ad desyderium suppetant, munitos se omnibus & foelices putant, qui ubi mentis habitationem cõstruunt, ibi proculdubio tabernacula fixerunt, idem aduersa impatienter perferunt, remanere in prosperis latantur, sola quæ adsunt cogitant, ad coelestem patriam adfectu nequaquam respiciunt, gaudent sibi suppetere bona quæ cupiunt, atq; ubi carne requiescunt, ibi mentem extinguunt, sepeliunt, terrenarum rerum aggerem foris multiplicant, quem semper interius per cogitationem portant. At contra iusti, nec oblata bona hic pro magno suscipiunt, nec illata mala ualde pertimescunt, sed & cum bonis præsentibus utuntur, uentura mala metant, & dum de malis præsentibus genuunt, bonorum

## THEOLOGICVM.

sequentium amore consolantur : sicq; temporali subsidio re-  
 formetur, sicut uiator in stipula lecto utitur, pausat, & rece-  
 dere festinat, quiescit corpore, sed ad aliud tendit mente.  
 Vnde Petrus iure reprehenditur, quia nec dum mentis per-  
 fectione roboratus in terra, figere tabernaculum conatur,  
 Iusti nanq; hic se construui negligunt, ubi peregrinos se & ho-  
 spites nouerunt, quia enim in propriis gaudere desyderant,  
 esse in alieno fœlices recusant. Iniusti autem quanto longi-  
 us ab aeternæ patriæ hæreditate diuisi sunt, tâto altius in ter-  
 ra fundamenta cogitationum figunt, de quibus dicitur: Ta-  
 bernaculum impiorum non subsistet.

**T**heologia, quæ ab Euangelica dispensatione officii, & inda-  
 ginis ratione differre noscitur. NAZIAN. illa contempla-  
 tio, hæc dispensatio. ADDI.

**T**heologia hæc est allegoriarum sacræ literæ uestigatio, co-  
 gnitiq; quæ cum duplex ad summam nobis demonstra-  
 tur, historica uidelicet, & moralis. Illa quidem rem ad lite-  
 ram gestam, hæc autem moralem literæ significationē sub-  
 iecta habet, illa signorum obscuritatem detegit, hæc uitam  
 instituendo docet, utraq; spiritali intelligentia censenda. Ad  
 allegoriam scripturæ discernendam, inueniendamq; pluri-  
 mum nostro seculo contulerunt sublimes uiri duo PAV-  
 LVS RICIVS, & IOANNES CAPNION,  
 propositis nobis in hunc usum petitis hebræo fonte Cabali-  
 cæ atq; Talmudicæ artis præceptis, Quæ præcepta tam fru-  
 gi & sancta, ne ulla ratione calumniemur, in causa est, quod  
 Legem & P rophetiam subiecta habent, quod si quis du-  
 plicis triplicisue coeli rationem fastidit apud Cabalistas,  
 si Paradisi duplicis mysterium non recipit, si diuina no-  
 mina, sub signis elata aspernatur, si item à Talmudistarū  
 signis moralitatem petere dedignat, is suo sane sensu uiuat,

## A L P H A B E T V M

dummodo sciat cōpendiosissimā hanc esse ad sublimes scri-  
 pturarum allegorias perueniēdi demonstratam semitam, &  
 à scripturis quicquid id est deduci. Quanq̄ ne nostri quidem  
 ut uideo Theologi duorum rationem cœlorum abnegent, sic  
**GREG. NAZAN.** intelligibilis ac materialis cœli men-  
 tionem inducit, proinde quid refert id genus cœtera ab ipsa  
 scriptura laboriosius, an per compendium à Cabalisticis petas,  
 à scripturæ mente & magistrorū uena hoc quicquid est de-  
 scendit, per se quidem non ita eminens, atsi ad allegoriam  
 inueniendam accommodes, ueram comperies propositionē  
 Ioan. Pici Mirandulani inter scientias, quæ ita sunt proditæ,  
 ut nō imitantur reuelatis nullam esse, quæ nos certiores de  
 diuinitate quā Cabala possit, faciat. Eam Theologiæ partem  
 quæ sub signis elata, & in signorum receptione residet,  
 apud nos **GREG.** apud Græcos **DIONY.** ille Areopagita  
 cognominatus excoluit, sunt qui hanc traditionē minimā,  
 infimamq; Theologiæ partem autumant, qua sublimiorem  
 uideant, ne aliam possint ostendere.

**T**heologia prima est creationis nosse mysterium, neq; casu aut  
 fortuna, neq; irrationali locatione orbem circumuolui,  
 neq; temere mundum tantam tanq; pulcherrimam rem  
 esse productam, sed Dei esse creaturam, & ab eo governa-  
 ri, sic primus omnium eximius ille Theologus, qui diui-  
 nas leges conscripsit, cum pietati conuenientem discipli-  
 nam tradere uoluisset, non communibus neq; tritis exor-  
 diis usus est. Nec ut Aegyptii aut Phœnices, aut cætera Gen-  
 tes multitudinem Deorum induxit, sed à prima uisibilium  
 atq; inuisibilium causa, & priscorum generis sui recte uiuen-  
 di normam Theologiam diuinam exorsus est. Post hanc pri-  
 mam Theologiam Moses ad eam quæ secūda est ordine pro-  
 cedit, quam sub legis positione demonstrans necessarium  
 putauit homini cognoscere se ipsum: quid homo sit, quidq;  
 ipsum in cognitionem & pietatem Dei adducat, & qualis  
 princi-

## THEOLOGICVM.

principaliter hominis uita esse debeat edocens Eusebius de  
præ. lib. vii. ca. iiii. Itaq; prima Theologia Anagoge. Se-  
cunda Moralitas. **ADDIT.**

- T**entatio duplici significatione scripturis usurpatur, nam ali-  
ter tentari dicuntur reprobi, aliter electi, illorum nanq; cor-  
da ita tentantur, ut consentiant; isti uero tentationes suspi-  
ciunt ut repugnent, illorum cor delectabiliter capitur, ipsi  
subripi erubescunt & quo se carnaliter impeti deprehendunt  
**GRÆG.** De his scriptum Iaco. i. Deus neminem tentat de  
illis, quod Deut. xiii. Tentat uos Dominus Deus uester, ut  
sciat, si diligitis eum. **ADDIT.** Tentari autem iusti hac uo-  
ce petunt, proba me Domine, & tenta me. Si enim serua-  
ri se melius iusti per tentationem non cognoscerent, nequaq;  
se tentari præsentis uitæ aduersitatibus post uirtutem desyde-  
rarent, ne peius scilicet ex uirtutû continentia cadant. **Greg.**
- T**esticuli Diaboli apud Iob, sunt suggestiones prauæ, quibus  
ille iniqui operis partem gignit. Perplexis testiculorum ner-  
uis, ligatus est, qui utramlibet in partem declinet, metuit,  
ne & transgressionis contagione liber non fiat.
- T**empestatis nomine iudicii diuini turbo designatur. **Vnde**  
scriptum, Et in circuitu eius tempestas ualida.
- T**entoria Dei, sunt corda sanctorum.
- T**estis in cœlo (quod apud Iob) Qui enim de actibus suis omni-  
potenti Deo placere festinat, testem se habere in cœlo con-  
siderat. Qui autem ex eo quod agit, humanas laudes appe-  
tit, testem in terra quærit. Sæpe etenim ipsa quoq; bona ope-  
ra ab incautis reprehéduntur in nobis, sed qui testem in cœ-  
lo habet, reprehensiones hominum metuere non debet.
- T**inctura munda, humiles.
- T**orrens igneus, iudicium. **Torrens, reprobi.** Torrens qui hæ-  
reticorum authores.
- T**orques, eo quod dimicantium premium esse consuevit for-  
titudinis insigne est.

## A L P H A B E T V M

- T**ransit, quod non subsistit, transit qui non consistit.
- T**urbari à Deo, tentari est, uel flagellari.
- T**ubæ Moysi ductiles duæ, duo præcepta charitatis signant, per quæ ad procinctum fidei populus uocatur. Quæ idcirco etiam argenteæ, ut prædicatorû uerba, non obscuritatis confusione, sed lucis nitore emineant.
- T**emplum quod Lex, templum quod post triduum Dominus Christus restituit in Euangelio Ecclesia erat, cuius in suo corpore Dominus typum gessit. **A D D I.**
- T**ermini terræ, fines peccatorum sunt.
- T**erræ latitudo (quod apud Iob) fides Gentium in Ecclesiam, Prophetæ quippe uoce ad Ecclesiã dicitur, dilata locû tentorii tui, & pelles tabernaculorû tuorû extende Ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexterã enim & læuam penetrabis, & semen tuû Gentes hæreditabit.
- T**imor Dei, quia sancta electorum Ecclesia simplicitatis suæ & reſtitutidinis uias à timore inchoat, sed charitate consumat, cui tunc est penitus à malo recedere, cû ex amore Dei corperit, iam nolle peccare.

## V

- V**accæ sub archa domini, qui sacræ legis iugo suppositi, per internam scientiam gradientes, accepto reſtitutidinis itinere non declinant.
- V**acca, carnis lasciuiã.
- V**adere (quod apud Iob fulgura) est cû sancti à secreto contemplationis ad publicum operationis exeunt, mittuntur & uadunt, cum de abscondito speculationis intimæ, in actiua uitæ latitudinem se effundunt.
- V**agatio fulgurum, æſtuantium prædicatorum uota.
- V**incula corruptionis nostræ necessitas.
- V**anitas, quotiens transitoria cogitamus, hinc illud, uanitas  
omnis

## THEOLOGICVM.

- omnis homo uiuens, uanitatis culpa si nō cōpescitur, protinus mens incauta deuorat. Salomone testante, qui modica spernit, decidit. Vanitati creatura nō uolens subdit, quia homo qui ingenitæ cōstantiæ statū uolens deseruit, pressus iustæ mortalitatis pōdere, mutabilitatis suæ corruptione nolēs seruit, usq; dū & carnis uinculo resurgat ad incorruptionem.
- V**incula in scripturis duplicia, uoluntaria sicut Paulus uinctus Iesu Christi, & in Esaia, Sublimes tui erūt, & ambulabūt post te uincti manicis, Et alia de quibus scriptū: Dirūpamus uincula eo. Vincula quoq; mysteria scripturarū putemus. Hier.
- V**asa hominū corporibus comparat Apostolus, habentes (inquit) thesaurum in uasis fictilibus. Idem.
- V**asis operculum (quod in lege scriptum) ligatura disciplinæ
- V**enatores, qui nihil aliud quàm carnem quærunt.
- V**entris, uel uteri nomine, in sacro eloquio mens quæ sensus cordis solet intelligi.
- V**enter iniqui, auaritia est.
- V**enter, conscientia, uenter, mortalitas.
- V**inum, diuinitatis arcana. GREG. Vinum diuinæ scripturarum allegoriæ gustus. ORIGENES. Panis sacra moralitas sub his duobus rerum materialium formis, utpote signis certissimis earum quæ demonstrantur spiritualium diuinarumq; rerum corpus Christi in uera sui substantia materialiter uereq; sumitur & credētibus, OZuingli. Neq; enim mendacem profecto constituemus Legislatorem, aut aliter interpretabimur, quàm ut dicta constare possint.
- V**inum cura temporalis.
- V**inea ecclesia. Greg. Vnde pendet operariorū & uitis parabola Evangelica. ADDIT.
- V**enti, populi. METHOD. Vnde scriptum: Qui ambulat super pennas uentorū. Vetus auaritiæ impetus. CYRIL.
- V**entus transiens, uita præsens.
- V**entus urens, Diabolus, uetus trāsitoria, uentus uana elatio.

## ALPHABETVM

uentus tentatio, uentus persecutio :

**V**oces animalium quatuor, Euangelistarum atq; Doctorum sublimitas.

**V**iri credentes, Mortui increduli, Viui qui nunquam peccato mortui. **HIERON.** Viuentes iuxta Tropologiam sanctos accipimus. Idem.

**V**idua anima, Vidua sancta ecclesia, quæ mortui uiri sui amore atteritur.

**DIONYSIO.**

**V**entorum adpellatione, naturæ summa celeritas in angelis.

**V**asa Geometrica atq; fabrilia (quales tubæ aut phialæ in Apocalyp.) fundandi, cõstruendi, ac perficiendi, inferiora quoq; ad superna per media promouendi uirtutem declarant. Interdum diuinorum in nos iudiciorum signa existunt.

**V**iror, uigorem ac robur iuuentutis, seu durationis.

**V**isibilia Dei, quibus ipsa inuisibilis mûdi fabrica subsignat.

**V**irgas in sanctis angelis, Regum insigne, quod omnia recta perficiant dicimus.

**V**asa auri, priores patres ac propheta. **GREG.**

**V**as aureû, diuinitatis intelligentia, id quod Crater aut Phiala in templo, **GREG.**

**V**elum templi, recondita legis mysteria. **HIERON.**

**V**iri, qui uias Domini fortibus non dissolutis gressibus sequuntur, uiri qui perfectæ uitæ homines.

**V**idere Dei, est facere nos scire. **Videre Dei, est eligere.**

**V**enire Domini, est exhibere quod Dixit. Vnde Beda super uerbo Domini dicēs. Ecce uenio, ita (inquit) completa est ueridica Saluatoris sententia, qui sic discipulum uoluit manere, donec ueniret ipse. In hac quoq; sententiã alibi, Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortē, donec filius hominis uenerit in maiestate sua.

**V**igilia, cognitio, Vigiles, doctores.

**V**isio nocturna, uitæ præsentis permissa cognitio,

**V**mbra Christi (quod in Cant.) prædicatio spiritualis allegoria.

## T H E O L O G I C V M

- V**mbra Ecclesiae, caro Christi.  
**V**mbra Diaboli (quod in Iob) nequissimorum factorum patroni.  
**V**mbra mortis (in scriptura) aliquando obliuio mentis accipit, aliquando imitatio Diaboli, aliquando mors carnis.  
**V**ita beatorum, carnis interitus.  
**V**itae duae in ecclesia, una in fide, altera in spe, una peregrinatio, altera aeternitas.  
**V**iror, gloriae temporalis, uitor eternitatis.  
**V**iriditas, spes.  
**V**olucres, sublimia sapientes sancti.  
**V**olucres caeli, qui per meritum sanctae contemplationis ad superna euolant.  
**V**olucres, quae alto uolatu se in aera subleuant, supba daemonia.  
**V**ia Domini, cor hominis, uia Dei, actio eius.  
**V**ia sensus, uia Dei (quod apud Iob) pax. Via Dei, humilitas. Via Dei patientia.  
**V**ia sua, uiro abscondita esse apud Iob dicitur, qui tamen se considerat, an tamen ad finem perman surum tendat, ignorat.  
**V**iam uinearum, quod itidem apud Iob, ignorare est rectitudinem Ecclesiae haereticos nescire.  
**V**iae nostrae, operationes nostrae.  
**V**ox aurae tenuis, apud Iob, cognitio Spiritus sancti.  
**V**ermis, cura carnalis, aut cogitationum inquietudo. Quisq; enim carnalibus desiderijs inhiat, quid aliud, quam uerum hunc amat, de quo scriptum: uermis eorum non morietur.  
**V**estis, robur charitatis, uestis, Diabolus.  
**V**itrum, quod Crystalli aut Smaragdi colore tingitur, supernae patriae similitudinem refert, & illam beatorum ciuium spiritalem societatem, quorum corda sibi inuicem & puritate translucent, & charitate fulgent, Hanc Iohan. in Apoca. Ecclesiae beatitatem uidet. Cap. xxi.  
**V**itrum, corda sanctorum, quod puritate translucent.  
**V**estimenta Ecclesiae, qui fidei adunatione iunguntur.



## ALPHABETVM

- U**ngula, unguia equi in prædicatore sancto, uirtutum perfectio & soliditas, qui quod apud Iob, unguia terram fodit, dū exemplo sui terrenarum mentium cogitationes eiicit.
- U**irga, lex Mosaica, quod uirga uigilans. **HIER.**
- U**estimentum, terreni corporis tunica, hinc illud, omni tempore sint uestimenta tua candida, id est, membra corporis tui à sordibus munda.
- U**rticæ, prurientia terrena desyderia, atq; uitiorū punctiões.
- U**ocare Dei, est nos amando & eligendo respicere.
- U**isitatio Dei, flagelli uel amoris percussio.
- U**estigia gregum, id est, exempla populorum, quæ sequi iubetur Ecclesia, in Canticis Sapientia.
- U**estigia Dei, amoris eius indagatio, uestigia Dei opa creatiōis.
- U**icini, quod apud Iob, persecutores, qui nobis natura quidē cōiuncti sunt, sed uita disiuncti, de quibus per Psalmem dicit, Redde uicinis nostris septuplum.
- U**nitas Ecclesiæ, quam unum uerbum, & una fides, eadem signorum mysteria, unam efficiunt, tamen si loca uel tempora scindunt.
- U**nctio, donū quodlibet Spiritus. **Greg.** Unctio uocatio. **A D.**
- U**stitas, quod extrema ultio iudicii.
- U**bera sponsæ in Canticis, duo prædicatorū ordines, qui ex circuncisione, & qui ex Gentibus.
- U**nguenta, uirtutes quæcunq; ex charitate oriuntur.
- U**estimenta sponsæ, sancta Ecclesiæ opera.
- U**inum, sensus spiritalis intelligentiæ. **GREG.** qui à scripturæ litera ducitur sensus uinū, qui à moralitate panis. **Orige.**
- U**bera quoq; sponsæ (quod in Canticis) meliora uino, quod dī lectio quæ per ubera signatur, sublimitati intellectus præstat apud Deum. **A D D I.** Vigiles deinde Ciuitatis, quod inibi, Antiqui patres & Propheta.
- U**chemoth, quod animalitas siue concupiscentia, quem ideo cum homine Deus creasse dicitur. **Leuiathan** quoq; additamentum

THEOLOGICVM.

- mentum eorum interpretari licet. Diaboli quippe potentia discreta sed diuifa, quorum illa bestia prima, hæc bestia secunda, Apoc. xiii, illa carne, hæc spiritali nequitia censenda.
- VERBUM**, quod uniuersum uerbi corpus, nimirum lex & Prophetæ, de quo scriptum, Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israhel, & quid per Iacob nisi Iudaicus populus, quid per Israhel, nisi Gentilis credentium populus designatur. Greg. Qui eadem ob hoc qua Iudaicus Verbi sorte censetur. **ADDIT.** Hinc & inuisibilis Dei filius Verbum absconditum apud Iob prædicatur, de quo Iohannes ait: In principio erat Verbum. **GREG.**
- V**erba Dei ad nos, effectus operationum eius.
- V**erba uentosa, quibus transitoria inferuntur.
- V**estimenta Ecclesiæ, fideles, Vestimenta Christi, Ecclesia. **GREG.** lib. xx. xciiii.
- V**esperæ, peccati tentatio. **GREG.** quod ad moralitaté. Ad literam tentationis Ecclesiæ maturante seculo. **ADDIT.**
- V**esperus siue uesperugo, Antichristus.
- V**ices tres, quæ in electis uariantur singulatim, quibus ex anxietate meroris afficimur, & securitate lætitiæ recreamur, hæc sunt, cõuersio pœnitentiæ, tentatio probationis, & mors quod finis. Greg. Ad mundi siquidem & Dei similitudinem componitur homo, **ADIEC.**
- V**ices nanq̄ tres in Ecclesia uariari, nouariq̄, ad literam hoc habere ter in Ecclesia uerbi mysteriũ restitui. Prima, conuersio legis uocationis est. Secũda, quæ gratiæ probationis cõtestationis. Tertia, quæ saluationis & beatitatis. **ADDI.**
- V**idere Deum, est fulgore admirationis eius animum percipi, ueluti qui in tenebris positus uim lucis oculis clausis percipit.
- V**idere nostrum ad diuina, credere est, ut, Ecce Iacob uidit Dominum facie ad faciem, cum sit alioqui scriptum, Non uidebit me oculus carnis & uiuet: & Abraham uidit diem

## ALPHABETVM

- Christi**, & exultauit, nimirum diem mortis eius. Chrysofost. Videre proinde, intelligere, & recolere Deum, **AD DIT**.  
**Vocare nostrum**, est humili Deum prece deprecare, responde re uero Dei, est effectum precibus præbere.  
**uirtutas**, quod uicia. Nouitas, quod uirtutes.  
**uirtus Aaron**, resurrectio Domini.  
**uisceribus** & probat nos Deus, quando post gratiam collati muneris subleuat, & abstracto ad Paulum munere, ipsum sibi hominem demonstrat.  
**uisionis Dei**, contemplatio operum eius.  
**uiscera Ecclesiæ**, eorum mentes, qui ad intima Sacramenta deseruiunt in Ecclesia.  
**uirtus Effraim** (quod apud Oseam) docta diligere trituram, prauorum mens, huius mundi seruituti dedita, cui à iugo humana seruitutis cessare, etiam cum liceat, non libeat.  
**uoluntas Dei**, quando reprobos quos saluare permittit, ferit.  
**uolans uolans** apud Zachariam, sacra scriptura, aut ut Hiero. Dei filius humanitate indutus.  
**uolucres**, aliquando in bono, aliquando in malo dantur intelligi. Per uolucres cœli, potestates aërias designauit Dominus, cuius uoce dicitur, quod semen secus uiam uolucres cœli deuorauerunt. In bono, ut quando in Sinapis arbore regnum cœlorum denunciatis, uolucres cœli requiescere dixit in ramis eius.  
**uiperæ lingua**, uiolenta Diaboli tentatio, quæ hypocrisiam apud Iob occidere, id est, superare dicitur.  
**uolucres**, qui superbæ curiositatis studio, sublimia perscrutantur. Iumenta proinde qui uiuendo se demittent ultra quàm sunt, isti inquirendo se eleuant ultra quàm possunt. Vnde scriptum de Deo hominem erudiente, Qui nos docet super iumenta terræ, & super uolucres cœli erudit nos. Super uolucres quidem qui immundorum spirituum insidias comprehendunt, supra iumenta, qui ima quæq; despiciunt.

Vulpium

## THEOLOGICVM.

- V**ulpium nomine, dolosa fraudulentia. Vulpes uinæ (quod in Canticis tracto ab historia puto Sampsonis typo) hæretici uastatores Ecclesiæ. Vnde & ueritas in Euangelio ait: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidum, Filius autem hominis non habet ubi inclinat caput suum: ac si apertius dicat, fraudulenta & elata Dæmonia in cogitatione cordis uetri inueniunt habitationem, humilitas autem mea requiem in superba mente uestra non inuenit.
- V**ox Domini, vox Domini auditur, cum aspiratio eius mente percipiatur, cum insensibilitas occultæ surditatis rumpitur.
- V**estigatio, quod cognitio.
- V**oce Deo tonare, est consubstantialem sibi filium mundo terribiliter demonstrare.
- V**terus Dei, eius consilium, in quo ante secula prædestinatiōe concepti sumus, ut creati per secula producimur.
- V**ua acerba peccatum, seu peccatores.
- V**ulua, culpa latens, vulua conceptus carnalis cogitationis, siue maliciosa carnalium cogitatio.
- V**ulnera seu dolores Iob, per quæ passio redemptoris nostri signabatur.
- V**ulgus, aut pauper, populus indoctus.
- V**ultum opperire, est nequiter agere.
- V**ultus hominis, similitudo Dei.
- V**ulture Christus eo signatus, quia cadauer mortalitatis nostræ degustando, quodam quasi uolatu in cœlum sustulit, & in cœlum ascendit.
- V**erbum occultum iniquitas in corde (quod in lege) cogitatio est tacita, impuraq; peccatum operans in mente. Ad euāgelicam perfectionem pertinente doctrina. **ADDIT.**
- V**erbum Dei, quod omnibus seculis antiquius, inuisibile, incomprehensibile, incorporeum, ex principio principium, lux e lumine, fons uitæ, & immortalitatis archetypi imago, signaculum immotum, similitudo incommutabilis, patris diffinitio ac ratio, ad propriam procedens imaginem,

## A L P H A B E T V M

carnem ob carnē gerens , ut simili simile expurgaret . Nazi.  
**V**inum cum lacte ( quod in Canti . ) sponfus bibit , quando &  
 perfectione quorundam se reficit , & ignorantiam siue im-  
 perfectionem aliorū dirigens , utrosq; cōiuiuo suo adiūgit .  
**V**ir & mulier ( quod inibi ) Verbum & anima . BERN . Adli-  
 teram , forma & materia , siue agens & passum . ADIEC .

### Z

- Z** Achæus pusillus Sicomorū subit , & Dominū uidet , quod  
 qui Sicomorum mundi , id est stultitiā humiliter eligunt ,  
 ipsi Dei sapientiam e sublimi contemplantur .
- Z**aphyro , qđ atheri coloris est , spiritualis angelorū substantia
- Z**aphyro noui Testamēti prædicatores , Sardonico ( signaf .  
 ueteris Testamenti patres . Vide supra G .
- Z**aphyrus quippe quod aerei coloris existit , signat robur Eccle-  
 siæ , quod in animabus sanctorū cœlestium appetitu pficiť .
- Z**elus , quod zelotypia , alias in bonū , quo zelatur Helias pro  
 domo Domini exercituum , alias in malum , quo Saul erga  
 Dauid accenditur . ADDIT .
- Z**eli idolum , quod ad prouocandam emulationem statutum  
 Ezechiel in templo uidet , quia sancti uiri dum per aditum  
 internæ cōtemplationis aspiciunt , plus praua , qđ recta intra  
 Ecclesiā fieri deprehendūt , dū a nōnullis specie sola fidelibus  
 rapinas & uitia perpetrari dolent . Zeli ( inquit Greg . ) feruo-  
 re qui peccauerit apud misericordē iudicem nequaquā sine  
 uenia relinquit . Sæpe nanq; magnis , mirādisq; Doctoribus  
 cōtingit , ut quāto magis alta charitate feruent , eo correpti-  
 onem exaggerātes modū pratergrediant , ut lingua aliquid  
 quod nō debet dicāt , quia mentem dilectio quantū debet in-  
 flāmat , quibus prolata cōtumelia , tanto citius parciť , quod  
 ex qua radice prodiit pensaf . Idem alibi , Ex qua re , inquit ,  
 colligit , quia uera iustitia cōpassionē habet , falsa uero dedi-  
 gnationē , quia & iusti solent recte peccatoribus indignari ,  
 sed aliud est quod agitur typo superbiæ , aliud quod zelo disci-  
 plinæ

THEOLOGICVM.

- plinae, dedignamur etenim sed nō dedignantē, desperant non desperantes, persecutionem cōmouent, sed amantes.
- Zonam auream circa mammillas habere, est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius iam amoris uinculo refringere. GREG. Zona castitatis. NAZIEN.
- Zona aurea fides. Vnde scriptum, Fides cinctorium renū eius. GREG. Eadem circa pectus fide positum esse. ADDIT.
- Zona aurea, amor religionis & iustitiae; ea praecingitur Iesus ad mammillas. BERN.

GENETHLIACON

MVNDI, EODEM IANO A SVOLA

Equite, ac Iureconsulto authore.

**P** Rincipio causas rerum fatumq; renascens  
 E. mundi, quod cernis opus, xuiq; recursus  
 Si iuuat, & fluxas seclorum prendere sortes  
 Nosce patrem, arbitrioq; patris congesta putato  
 Cuncta Dei, ac nostris quicquid uariabile rebus  
 Ne dubita auspiciis VERBI constare potentis  
 Hoc etenim Genitor mundum fabrefecit in usus  
 Ut uentura pares (tantum sub imagine prima)  
 Monstrarent formas rerum, simileq; figuras  
 Secula, sic dictata olim per mystica Moses  
 Longa uum deduxit opus, sex ille dierum  
 Ab numero, praesaga dabat cum signa per orbem  
 Totaq; formaci statuebat munia Verbo,  
 Utq; idem haud ueros orsus fabulosaq; princeps  
 Ludicra, & ingentis construxerat omina secli  
 Sic duplici totum constat discrimine Verbum,  
 Legifero & Mose & uatum conscripta per ipsa  
 Qualia iam nostro quod restituenda sub æuo  
 Admonuit magni Christus mens alma parentis

*Que Deicon  
gnitio.*

*Mysticā fuisse  
creationem.*

*Exameron.*

*Lex & Pro  
pheta.*

## GENETHLIACON

Nempe supergressos uatum legisq; disertæ  
 Euentus, primum quo se se litera pacto  
 Cerne petat flecti uetus, & mutetur ab ipsa  
 Fine caput repetens tantum, & quæ prima reducens.

*Cabala seu  
 lingua.*

Huc prisca Cabalæq; notas linguasq; latentis  
 Flecte proin, qualis cœlo delapsa facultas  
 Noscitur, humanoq; ualet comprehendier haustu.  
 Cuncta uolubilibus complectens uera figuris,  
 En triplicem ternos mundum deducit in orbes  
 Atq; eadem duplicis præfert discrimina linguæ  
 Ense potens gemino sacratæ pagina uocis,  
 Inditio siquidem rerum simulacra pererrans  
 Mox noua de prisco præsumit munia pacto,  
 Mens angusta uiri, quisquis pote talia foelix  
 Noscere, perq; notas eadem distincta referre.

*Tetragramma  
 ton.*

Nomine ab arcano & magni Tetragrammate patris  
 Deniq; in humanis quicquid uariabile rebus  
 Seu belli pacisq; uices seu noscere leges  
 Mirariue libet populos, mutariet urbes  
 Cædere regna locis, & religiosa parentum  
 Transferri iura ac ritus cessare priores,  
 Est uerbi uertentis opus, iussuq; laborat  
 Ipse potens mundi Genius iussuq; recumbit  
 Noscere quo magni libeat genitoris honores.  
 Hinc mundi haud uno fatum disquirere pacto

*Natalis mundi  
 mysticus.*

Natalemq; animis licuit haud segnibus illum.  
 Nanq; quod agrestum seclorum ab origine prima  
 Testatum confluit opus, totiesq; redire  
 Inde datum sub sermonis exordia primi

*Sabbatum ma  
 gnum.*

Est operi immenso, dum se lux septima tandem  
 Inferat, & magno succedat Sabbata ritu  
 Atq; malis positura modum secla aurea surgent

*Quæ ratio  
 Anagoge.*

Quo magis & certis discamus talia signis

Seclorum

MVNDI.

Seclorum in primis cursus metitus & annos  
 Digere, neu casto relege hinc momenta relapsu:  
 Nomina quin etiam rebus quæ prodita quondam  
 Concreuere nouis, ueteri deducta figura  
 Hebræo fonte atq; arcanis erue chartis  
 Obscuris miram lucem quæ in ferre parabunt  
 Iuncta notis, nil non usquæ hinc imitabile nobis  
 Antiquæ ut dudum debentur talia famæ  
 Mirari ni iam cœlo de missa pigebit  
 Omnia, & hinc magni secreta reuoluere cœli  
 Aemula degeneri quæ reddit imagine tellus  
 Deinde hominum solers quod finxit cura laborq;  
 Fama uetus cumulat gemine molimine prolis  
 Quam primus genuisse parens monstratur, ab inde  
 In populos licet ire duos, plebemq; piorum  
 Vexatam, coetu tantum superare malorum  
 Seraq; pōsteritas nil non monstrare nepotum  
 In stirpes defluxa ualet, semperq; redibant.  
 Ad præscripta pares animi, nihil interit usquam  
 Nil perit, aeterno succedunt omnia uerbo  
 Iam studia & mores terræq; sub ultima metas  
 Diffidia & paces quasq; usus inuenit artes  
 Obicit interdum scripti non discolor ordo  
 Hoc dilapsa licet, licet & præsentia nosse  
 Ordine, & occultas causarum expromere uires  
 Quid quod ad hæc etiam duplicis distamine linguæ  
 Talia per populos mittuntur signa prophanos  
 Estq; haud uana olim in gentes sapientia late  
 Didita, quo proprii tollant uernacula signi  
 Commoda & hunc hominum successit cura piorum  
 Mature, at ritus quo detestentur auitos.  
 Fabula sublimes quæ uis dabat inclyta sensus  
 Siue hanc Phœnices memorant Athlantis ab axe

Nomina my-  
 stica interpre-  
 tanda.

Tempore cre-  
 uisse hanc sci-  
 entiam.

Signa Gentio-  
 bus data.

Gentium sapi-  
 entia fabulosa.



## GENETHLIACON

Seu Macedum aut Graia fluxit deducta moneta  
 Aut qua Barbaricas cunq; hinc celebrata per oras  
 Non obscura manet, simili noscenda figura  
 Dogmate nec fallax uacuo nec prodita ductu  
 Quamuis uana Deos commenta est usq; nocentes  
 Hinc iam cura hominum, Phrygia sic uenit ab Ida  
 Ausa Deos, propriumq; exponere pagina sacrum,  
 Haferat arcani sic Memphis ad orgia ritus,  
 Qualia sacrilegæ spreuit ludibria gentis  
 Fatidicus Moses, parilesq; subintulit orsus  
 Doctior, hinc sacris phas nos inolescere signis.  
 Quicquid in arcanas quondam sapientia chartas  
 Contulerat, magni quod uel Danielis & Esdræ  
 Hauserat arcanum pectus, iam prodita tandem  
 Per simulacra licet propius dignoscere, ni tu  
 Quæ longinqua recens quæq; obtulit abicis ætas

*Cosmographi  
ratio.*

Sunt etiam terræq; plagæ pelagicq; recessus  
 Hinc spaciis distincta suis, sermo inclutus ille  
 Nil uel inaccessum siquidem uel liquit inausum.  
 Sic format Genitor Verbo uelut omnia nosces,  
 Et uocet hinc Gentes, perdatq; hinc sæpe uocatas.

*Reverū nature  
ratio.*

Ventorum neq; non flatus rabiemq; ferarum  
 Utq; suis cognata locis animantia inhærent,  
 Longius & uastæ surgentia compita terræ.  
 Ad rectum & puri normam subducito ueri,  
 Est mundus, sacer ille Ioui, sacer ille Plutoni

*Tres mundi.*

Tartara et hinc cælum ac medius subit ordo Deorum  
 Atq; duplex rerum facies subit hoc generantum.

*Duplex ele-  
etorum ratio.*

Sunt elementa Dei, mundi sunt altera, cerni  
 Quæ licet, occulto nascuntur & altera facto  
 Litera quæ diuina uocat, nascentia & inde

*D. Iesus medi-  
ator Dei &  
hominis.*

Omnia diuersos eadem subducit ad usus.  
 Hæcq; uides magni miracula maxima Verbi.

Vt mundū

MVNDI. IN TERTIO

Vt mundum propria circumtulit ipse figura  
 Factus homo, & partes mundi Deus induit omnes  
 Sic genus ipse hominum quod uel circumq; citraq;  
 Conciliet natus Genitori, & pascat inanes  
 Hinc animas Verbo, & per mystica munera donet  
 Corporibus alimenta hominum frugesq; merumq;  
 Non uana aut facti specie, uel imagine falsa,  
 Munia sic magni depromens inclyta Verbi  
 Sic nunc apta animis, esca est uelut artubus illa  
 Namq; fouent elementa pios, elementa malignos  
 Illa Deo, hæc panibus tantum prognata gigantum  
 Naturamq; sub hæc dictam nil esse memento  
 Sed uacuum magno tantum cum numine inane  
 Misceri, rerum hanc naturam noscere phas est.  
 Mens magna ut latum, atq; ipsum demensa profundum  
 Ima super mediis recto consumat in alta  
 Ordine, & hinc pendet surrectæ prodita carnis  
 Gloria, quæ cælo omnis post animata recumbat.  
 Mira fides lipo in lumine cernimus ista  
 Quadrupedumq; genus, præpetem piscemq; repensq;  
 Imbuet ipse anima Genitor, cæloq; creata  
 Inferet, & simili constabant corpore Gentes.  
 Ergo & amicitias nascentum ex ordine rerum  
 Aut inimicitias opus est cognoscere, si quem  
 Diuinas audire iuuat, uel discere uoces.  
 Nam duplices conferre notas elementa probantur  
 Et gemina constare opera, has iam dicere læuas  
 Et dextras licet usq; notas, sic noxius ignis  
 Exhaustit totas quamuis cum ciuibus urbes  
 Depopulatus humum, & uestigia fœda reliquit  
 Est tamen æthereæ decus, & sua gloria flammæ.  
 Tellus ab infami sic sæuit inhospita partu  
 Nubigenum, atq; hominum generi sua toxica portet

Verbi ac Eucharistia ratio, ubi tam signum est quam rem sub signo consistare oportuit, non ficta, ut promissiones non cessent & mysteria. Iesu omnia diuinitate sua amplectente, ne Iudæis similes simus, qui dicunt, quod potest hic carnem suam &c. Resipisce tandem & patri bus conciliare.

Ordo hierarchicus creandi

Occulta in rebus amicitia atq; inimicitia.

## GENETHLIACON

- Bona malaq;  
nota symbola* Ipsa salutiferis eadem subit inclyta succis.  
Vndarum quis non etiam pelagiq; furores  
Doctior agnouit, detesteturq; ruinas
- Elementa du-  
plicia effecta* Ingentes, per aperta mari grassante pericla  
Perq; pios hominum coetus operumq; labores.  
Est paccata quies pelagi uitreoq; relucens  
Intuitu, est undis honor, & diuersa ferebant
- Molimina,* Aërei tractus duplicis conamina coepti  
Nanq; auras hominum uitales carpere nulli  
Contigerat, uitæ ni sedit cura beata  
Morbidaq; inde lues etiam terrisq; perosa  
Ingruit, atq; truces Phœbi fluxere sagittæ  
Ventorumq; abeunt uires atq; acria bella.
- Venti, populi  
aut Gentes.* Per populos, populosq; ea monstrant signa per orbem  
Hoc quoq; diuinum licet internoscere fatum
- Mundum bo-  
nis debet.  
Sapient. ij.* Ut nusquam per uicta malis pietasq; fidesq;  
Nanq; orbis uindex iustorum est maximus, ipse  
Impia suppliciis adigit mansuescere corda  
Dum petit occasus, dumq; idem fortius instat.  
Postquam etenim uictusq; malo fessusq; refertur  
Impetus, & mundi lex aduersata resedit.  
Hinc noua cœlesti surgunt elementa fauore
- Elementorum  
expurgatio.* Non urunt mites flammæ, est animantibus æter  
Purior adflatu, undarum pelagiq; procella  
Subsedit, nostris non iam contraria rebus,  
Terra nec ingratos gignit pertæsa priorum  
Titanas, hominumq; parens innoxia surgit,  
Reptantum genus, atq; atri genus omne colubri  
Vertit, & obsequiis cogit parere piorum.
- Creatio mysti-  
ca hominis.* Deinde puta cœli ad normam legesq; supremi  
In terris constare modum, septem ne uagantum  
Sydera, in arcanos quisquam neget indita sensus  
Spiritus ut totidem redeunt miracula, & illinc

M V N D I.

Septeni, decursa patres quos colligit ætas  
 Quodq; inter senos Phœbi meat ignea lampas  
 Egregiam cœlo lucem quod sumit ex imis  
 Apta ministeriis fulget, quicquam ne putetur  
 Aptius hoc magno adscribi per munia Christo  
 Sic Plato sic docuit, quondam ter maximus heros.  
 Mystica sacratæ effatur sic pagina linguæ.  
 Occulto hinc fratris radio ceu cœta relucet  
 Et fratris etiam radio Latonia tantum  
 Luna potens, abdit quia se tandemq; refertur  
 Telluri, & magni totiens commertia cœli  
 Experta, simili nuptæ exaugescit honore.  
 Fatidico, hæc nocti luci satus ille regendæ  
 Nec minus occultas astrorum noscere vires  
 Admonita licuit, nusquam uacat ætheris almi  
 Inter nos ratio gignunt ea singula formas  
 Corpora per similes confluxu materici.  
 Seu bis sena meant dici quæ signa meretur  
 Seu quæ sparsa micant cœlo cognomina, siue has  
 Pleiadas hyadas, licet aut dixisse triones  
 Erigonene helicene udi aut decus Orionis.  
 Ista quidem instinctu educunt motuq; feruntur.  
 Obuerso motu, ac mundum nascentibus  
 Hinc uolucrum pecudum genus, formæq; natantum  
 Arboreæq; fluunt stirpis discrimina, et inde  
 Ad similes abeunt elementa in cuncta figuræ.  
 Inter eos homini mortali in corpore uis est  
 Inclytâ, flammiferæq; animus defluxit ab æthra  
 Sic iussit pater ipse Deum, sic facta reponit  
 Quæ minime fiunt sed sunt, uelut Ethnica uatis.  
 Verba canunt, Tardi motus tardissima secum  
 Sed stata fata ferunt mundo rapidiq; citato  
 Erumpunt cursu, atq; homini inseruire putantur

*Patriarchæ se-  
 ptem, Septē  
 Angeli.*

*Sol Christum  
 figurat.*

*Luna Eccle-  
 sia typo crea-  
 ta.*

*Astrologia  
 pia cognitio.*

*Homo.*

*Magnæ aue  
 citæ renoluti  
 ones.*

## GENETHLIACON

Totum agitant tardi, atq; agili mox singula lapsu  
 Instar agunt rapidi, hinc partes totumq; pererrans  
 Aeterni pietas maturat cuncta parentis.

*Nihil subitum  
 aut sine sym-  
 bolo gigni.  
 Mundi regene  
 ratto ex Ver-  
 bo.*

Nam flammæ uelut atq; gelu cum iuncta resulant  
 Corporaq; educunt nusquam in chaos illud iniquum  
 Quo stupuisse ferunt, longo sic prodita in æuo  
 Mundus cuncta tulit, primum iuuenescere suetus  
 Delapsuq; perit, tantumq; renascitur ortu  
 Legibus æternis, ceu prouida sanxerat olim  
 Maiestas, propriis cogens consuescere cuncta  
 Officiis, accepta refert ea fœdera cœlo.  
 Hoc stant fata modo, sunt hæc decreta tonantis  
 Hinc præscripta meant, Verbi osi forte potentis  
 Nosse aliquo ueras sit phas interprete uoces  
 Et non ambiguis metiri talia signis.

*Duplicem na-  
 scentium ori-  
 ginem.*

Pauca dein monuisse sat est, duplices animantum  
 Esse notas belliq; etiam constare cruenti  
 Usq; modos, hominum produnt iam talia mentes  
 Exempla, hinc pietas animi sunt inde ferarum,  
 Seu cognata etenim mortalia pectora cœlo  
 Siue aduersa Deo subit ac peritura potestas  
 Res subiecta feret, nec se improba cælet origo.  
 Hinc refugii pisces pelagi quos semita calat  
 Inuia, quiq; natant captiui ad littora sponde  
 Esca piis facti piscantum gratior hamis  
 Quadrupedum uolucrumq; genus hoc noscere pacto est,  
 En pecudes arbosq; innoxia gramina prati.  
 Et quæ latiferos eadem damnata per usus  
 Cuncta notis quæ adscripta suis per signa patefcunt  
 Serpentumq; proin linguæ, rabiesq; ferarum  
 Natiuum ponunt subito incantata uenenum  
 Verbo uicta Dei, solers industria domat  
 Ista hominum, sortemq; dabat penetrare beatam.

Subicite

## M V N D I,

Subiicit ac nato genitor frangitq; furorem  
Omnipotens, rebus pacem largitus amicam  
Cætera signorum quid persequar, an ne metalla  
Non referunt solidos firmæ uice uocis honores  
Atq; uacant isthoc sensu non semina terræ  
Non gemmæ omniparæ quæ surgunt ludicra matris,  
Et magnæ tantum mentis dictata susurrant  
Nil mutum pater esse dedit, sese esse fatetur  
Sydera perq; fretum peruisilis omnia mundi  
Hocq; etiam partes rerum digressus in omnes  
Prouidus, æternæ profert simulacra figuræ  
Nam superi quod facta ineunt de semine mundi  
Omnia per terras, iussit pater ipse Deorum  
Archetypa cœli metitus imagine terras  
Ut speculi obtutu referatur imagine uera  
Effigies excussa uiri, sed fluxa propago  
Hæc; eadem uastæ quæcunq; insignia moli  
Incumbunt homini, nostriq; imitamine mundus  
Constitit, & Verbi in sortem sublectus uterq;  
Conditur ad uerum, atq; Dei simulacra recenset.  
Hæc V E R B V M & mundi facies denunciat ingens.

*Finis creationis,  
nis, quando*

*Cœlum superius  
terre archetypon  
in dubitatum.*

*Homo minor  
mundus.*

Odi prophanum Vulgus & arceo

Haganoc, in officina Iohan. Secerii  
Anno M. D. XXXI.  
mense Augusto.

